

MASCARE
DISS. SACRE

.1.

N^o A
3 - 293



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14

Luque
PUEBLO
malo
DIAZ



This image shows a page from a handwritten manuscript. At the top, there is musical notation consisting of a staff with five horizontal lines and four vertical bar lines. Below the staff, there are several large, stylized letters and symbols, including a flower-like emblem with a central circle and radiating lines, and the letters 'D', 'A', 'P', and 'R'. In the lower half of the page, the words 'bueno', 'malo', and 'buena' are written vertically in a cursive script. The paper has a light beige or cream color with some darker, brownish stains.

R. 2675

SACRÆ DISSERTATIONES
PRÆSERTIM CHRONOLOGICÆ
in Divinam Scripturam

Voluminibus quinque complexæ.

Ad utilitatem maximè bujusce sacri Eloquij Cathe-
drarum in Scholis, ac Lectionalium Ca-
nonicatum Candidatorum.

TOMUS PRIMUS.

Continens quæ ad temporis rationem, à mundi con-
ditu usque ad iacta Salomonici Templi
fundamenta, attinent.

AUCTORE P. VINCENTIO MASCARELLI
Valentino.

E SOCIETATE JESU

Collega olim in Maiori Sancte Crucis Pintiano
Collegio, deinde in Regio Salmanticensi Societatis
Jesu Scholasticæ Theologie, & Sacre Scrip-
ture Professore, nunc Pintiae in Ambro-
fiano Studiorum Praefecto.

Cum duplici Indice I. Dissert. & Sect. II.
Præcip. Quæst. & Locorum Sacre Script.
ad quæ illæ referuntur.

SUPERIORUM PERMISSU.

Anno Domini 1721.

VALLIS-OLETI : Ex Typographia ILDE-
PHONSI A RIEGO.

AVGVSTISSIMÆ
CÆLORUM IMPERATRICI,
DEI GENITRICI MARIAE,
SUB FELICISSIMO COGNOMENTO

DEL PILAR,

IN EJUS IMAGINE ANGELORUM
Ministerio, Reginæ suæ Cæsar.
augstæ locatæ.

PER MANUS ILLUSTRISSIMI,
AC REVERENDISSIMI

D. D. EMMANUELIS PEREZ
DE ARAZIEL.

EJUSDEM SANCTÆ ECCLESIAE
ARCHIEPISCOPI.

Quandoquidem cuique liceat, sublime if-
tud humanissimæ, divinaque maiesta-
tis solium adire, asylum, vel feris sa-
crum, reperturo, nec effræni vsquam temeran-
dum audacia, post adoratas tantæ Reginæ, indul-
gentissimæ Matris aras, has in Divinâ Scripturâ

Dissertationes ad illas appendere audeo; & vbi
nā Virgo Mater fructus hōfse collocare debo,
niū in Columna sapientiae , & scientiē divina-
rum ? In illa (inquam) Columna , quæ Angelo-
rum ministerio concinnata , Dei Genitricis
Jmaginem , dum adhuc inter mortales ageret,
recepit , & S. Jacobo Apostolo dicante , Hispanis
portum felicitatis monstravit . Sic per plura se-
cula à maioribus accepimus ; sapiens autem ,
qui & sapientiae studiosus Narrationem viro-

Ecli. rum nominatorum conservabit : quot verò incliti
c. 8. dominis antecessores hoc Mariæ erga Hispanos
v. 9. dilectionis singulare , faulsumque pignus nobis
c. 39. narraverunt ? In hoc igitur Templo Divinæ Mi-
v. 2. nnevæ , vbi clypeos aureos Christiani debella-
tores assumunt ; in sapientiae Domo , vbi om-
nium scientiarum munimenta servantur : in pu-
teo mystico , vbi incomprehensibilia iudicia
Dei recluduntur : in elevata Cupresso , quæ om-
nem cogitationē supereminet : hic meritissimo
sistunt in Divinam Scripturam , hę licet incom-
petæ , lucubrations meę , vt aliquali munusculo
gratitudinem , aut explicem , aut indicem ; dum
enim Sacras Quadragesimæ exhortationes in
celebri Regali Cæsaraugustano Xenodochio è
suggestu feci , tui auxilium sedulò invocavi , vt
quæ & incipere dedisti , in tui nominis hono-
rem , & Filij maiorem gloriam perficere impe-
trares : obtinui equidem , & qui antea tantam

Vir-

Virginem , vt Matrem venerabatur , iam vt Pro-
rectricem adorat , & prosequitur .

Uolupē ergo tibi sit beneficentissima Dei
Parens , hanc excipere obsequelam , eamque
phœbeę claritudinis tuę radijs linire ; gratiola
quippè hęcce , veterum Patriarcharum , He-
roumque tuorum Parentum devincit , diluci-
dat seriem , vt strenua fide , & flagrantissima
colatur charitate ille , qui expectatio Gentium ,
Alpha est , & Omega , quem vbi venit plenitu-
do temporis , misit Deus ex te factum : O in-
comparabilem Magnæ Parentis gloriam ! quam
nectarea sua eloquentia sic dilaudat Aenselmus :
Quem Deus Pater genuit , hunc sibi tam unicum ,
tam dilectissimum , & in omnibus aequalē , non
passus est , remanere solūammodo suum , sed eun-
dem in rei veritate voluit , esse B. Marie unicum ,
& dilectissimum , & naturalem filium . Hęc ille ,
stuporeque percusus pergit exclamans egregie :
Quis haec audiens non obstupescat , & quod Deus
tale quid velle potuerit , non ultra omne quod dicit
potest , admirabile ducat ? Pracelsam nihilominus
tuam munificentiam , dignitati haud imparem ,
fidenter adeo , vt quæ tota luminosa , & litera-
riæ navigationis felix es cynosura , fluctuantī mi-
hi annuas , sospitem appellere litus .

Evidem dum in hac Angelicis affabre
structa manibus coelesti Columna mentis acie
te contucor , Davidicam perpendo Turrem ,

Cant. que adificata est cum propugnaculis, seu (Hebraicè) constructa ad Disciplinas : * adificata
cap. 4 ad docendum. Ex te enim quæcumque scitu digna discimus , ac docemur. Et quemadmodum
v. 4. * na discimus , ac docemur. Et quemadmodum
Pag. Phœbo de volucrum , de Apicularum donis
Apoll. cella constructa , quia munera illa sapientie
l. 6. c. deservirent , quæ ab Apolline nativitatem tra-
3. xisse fingebantur, sic tibi , quæ de ore Altissimi
prodijisti , & Sapientia Genitrix es, de scientia-
Eccl. rum Principibus tiara , tibi stola , tibi calcea-
24. menta consuta : patere ergo , mitissima Virgo ,
v. 5. inter aurata fila , vt hoc nostrum levidense
stamen in Templo tuo angulum occupet aliquem: subeant inter magnificas oblationes auri ,
hyacinti , purpuræ , bissi , de quibus & Taber-
naculum Domini , & Sacerdos eius cooperien-
dus; at , in Exodo , porrecti caprarum pili ne-
v. 6. que despici : sint nostra vel de cilicinis sagis ,
numerentur inter postrema , tantum non à te
reijciantur : id humili prece , ne demerear , to-
tisque ambo præcordijs.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI

CLARISSIMO DOMINO.

D. D. EMMANVELI

PEREZ DE ARAZIEL,

POST PLURIMA ALIA SAPIENTIE,
& virtutis munera , Archiepiscopo Cæ-
saraugustano , Regioque Con-
silio.

PER Sacras vestras manus , Illustrissime Prä-
sul , libellum hunc ad Sanctissimas Dei
Genitricis Aras antiquissimæ , cælestisque eius
Imaginis del PILAR collocari , tota , qua par est ,
animi demissione exoptare , hatid anceps annitor . Nec fas erat , rem tot titulis tuam , Hieracha
Dignissime , in te non devolvi , tua enim est
opella ista , vel vt luculentius eloquar , tua
erga me egregiae munificentia , & comitatis .
Qua ergo fronte fidens essem , quod adeò est
proprium Illustrissimæ Dominationis tuæ ab-
cipere , foedaque ingratitudinis umbra , in fronte

ILLUS-

opusculi superposita , tot beneficia denigrare ;
igitur quod tuum est , Doctissimè Antistes , si
abdicatum esset , reddo , sed ea fiducia , & spe ,
vt crediderim , te non vt propria dignosciturum
hæc antidora , nisi illa ad Mariæ Solium
appendi cuperem ; nec audens essem , offerri ,
nisi dignatione fruerer Illmi . eiusdem Virginis
Theori . Scio quippe quantum diligentie , quantum
meriti , & incrementi accepturum opus ,
si tanti Principis oblatione ad Deiparæ Aras
accedat , & vt alia omittam , tuæ parcens mode-
stie , in id inducor , eandem nempè Cælo-
rum Reginam noluisse , dum inter mortales agis ,
Illiustissime Archipresul , vota sibi per alterius
officia exiberti ; haud enim me , vel quempiam
latet , quid non feceris vt Archiepiscopali ce-
deres Dignitate ; spem feceras Amplissime
Domine , te adepturum quod impensè opta-
bas , iam te ipsum gratulabaris , verbis fortas-
se Poetæ ,

Seneo ,
Aet. I.
Teb.

Nunc ego Penates profugus excessi meos
Parum ipse fidens mibi met.

Et quidem acriter adeò desiderasti , adnisi es ,
expetiisti , vt nisi ipsa mundi Rectrix abnuisset ,
consequi posses ; cuius scilicet auspicijs , quan-
tum equidem cives fecerint , quantum Reli-
giosi

giosi viri , quantum omnis Cæsaraugustana
Civitas , vt te vivente , non relinques char-
rissimos filios , & nobilissimos concives , ne-
mo non novit , Archiepiscopale Palatum cir-
cumeunt pauperes , ambiant orphani , Il-
lustrissimumque tuę Sanctę Ecclesię Capitu-
lum , in sequentibus cunctis , pię , ac merito con-
queruntur , ne dicam , damnant Parenti optimo ,
lachrymisque ne ipsos deserat , exposunt ,
Regiam adeunt Maiestatem ; sed eia cives pre-
clarissimi , ingratum quidem est onus , at pre-
dilectę creditę oves .

Quesumus ingratis populus depone timores
Nec desperanda putetis
Que tantis spendorē cœlestia Numinis signis .

Avit.
lib. 5.

Ast que alia tam è superis data signa , quam la-
chrymę hæc , hice gemitus ? Renuit humilitas
tua , Præstantissime Heros , sed annuit Deus
Optimus Maximus , ad stipulatur Deigenitrix
Virgo : Jam enim (vt potibri iure , ac fide ,
verbis Romanę vtar eloquentię parentis) non Cic.
solium homines , sed etiam Deos immortales , ad te pro
in Rempublicam convertendum arbitror convenis - Phil.
se . Si tantus consensus omnium , sine impulsu Deo-
rum esse non potuit , quid est , quod de voluntate
Cælestium dubitare possimus ? Nec adçpol am-
bigi-

bigimus, Clarissime Dynastes, quin potius novum hoc, & insigne beneficium à Supremo Numinis, auspice Maria nobis collatum prorsus fatemur, & agnoscimus, gratulamurque tantum Präfulem, eo quod scierit, humilitate amplius firmare adeptam Dignitatem, nosque ipsos certiores facere, *dignum esse honore, qui pre-gustato respuit.* Sed enim cum ad oreis tuis laudibus exornandis, immo referendis incomis, & impar meus sit stylus, animum ad vota referam, quibus Supremum enixè deprecor Numen, ut Ecclesiæ, Orbi, Inclite Optimas, diutissimè perstes incolunis. Pintiæ 13. Calend. Decembris. 1721.

Sanc.
Leo.
ad Ep
sic.

Post dexteræ osculum,

Illustrissimæ Amplitudini tuæ
deditissimus

Vincentius Mascarell.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIE-TATIS JESU in Provincia Castellana.

EGO Franciscus Paulus Mazario Provincialis Soc. Jesu in Provincia Castellana, potestate ad id mihi facta à R. admodum Patre Nostro Michaele Angelo Tamburino Präposito Generali, facultatem facio, ut Opus, cui titulus, *Dissertationes in Sacram Scripturam*, Voluminibus quinque complexæ, à P. Vincentio Mascarell nostræ Societatis, Sacrae Theologiae Professore, & Sacrae Scripturae Interpretæ, compositum, & eiusdem Societatis gravium, doctorumque hominum iudicio approbatum, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostra, & Secretarij nostri subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. In hoc Regali nostro Salmanticensi Collegio, die nona Novembris, anno millesimo septingentesimo vigesimo.

Franciscus Paulus Mazario.

Emmanuel de Prado
Secretarius:

FACUL-

CEN-

CENSURA PERERVDITI,
ac Nobilissimi Domini D. Francisci Vizente, Maioris Sancte Crucis Collegij purpurea Trabea insigniti, dignissimique Rectoris, ac Philosophiae Cathedrae in Pintiano Atheneo Moderatoris
Sapientissimi.

DESIDERATUM diu, atque optabile opus, sub apposito hoc titulo *Sacra Dissertationes in Divinam Scripturam*, elaboratum à Rmo. & Sapientissimo P. Vincentio Mascarell, præclaro è Societate Jesu, Studiorum in Ambrosiano inclyto Collegio, post alia regiminis, & scientiarum munia, modo Praefecto, ex prescripto Illmi. & Rmi. D.D. Fr. Josephi de Talabera, Episcopi Vallis-Oletani, Abbatis, & Domini de Junquera, Regijque Consiliarij, accepti. Nec dubium quin acceperim, vt suavissimos tantę eruditionis fructus prægustarem, & felicem dicendi methodum laudem. Ea enim est tanti Magistri scientia, vt quæ vix certam in methodum disponi posse iudicantur, dispo-

nat; quæ intricata apparebant explicit; & omnia obscura, erudita Patrum penetratione declareret, & patefaciat. Et quidem edito Volu-
mine, quo Fidei libertatem strenue constabilit, irradiat, ne dum contra novatores Quesnellianos auream doctrinam obiecit, verùm etiam in præcipuis Scholaisticae Theologiae salebrosis dif-
ficultatibus enodandis, in divinę scripturarę oraculis, Patrumque eloquijs acutè, & con-
cinnè texendis præclarum agit Theologum, Sa-
crorumque voluminum Interpretem, imo & Iu-
risconsultum, dum ex Iure Canonico, & Civi-
li ad subtilissimas Theologicas quæstiones no-
va luce, methodoque rimandas, doctrinæ lati-
ces diducit, & quasi præacto fundamento iam
ipſas Chronologicas Sacras Dissertationes, fide
firmatas declarandas suscepit. Hos suavissimos
fructus metit, quos olim enumeràrat S. Hiero-
nymus, dum sic dictavit: *Senectus eorum, qui
adolescentiam honestis artibus instruxerunt, & in Ep. ad
Lege Domini meditati sunt die, ac nocte, ætate Nep.
fit doctior, usu tritior, processu temporis sapien-
tior, & veterum studiorum dulcissimos fructus
metit.* Quibus artibus adolescentiam instruxerit
tantus Magister, & scit Collegium hoc Maius
Sancte Crucis D. D. mei Magni Hispaniarum
Cardinalis; & nemo non scit. Hic nempè, vbi
scientias coluit, & Juris fundamenta firmavit;
vbi purpuram induit, quæ postea radios Solis D.
Ignatius

Lib. I. Ignatij , seu *iacentis ignem* recipiens , novum splendorem accepit . Purpura enim gaudet (tes-
s. II. te Julio Polluce) peculiariter *Sole*. *Cælestis enim ignis radio percussa*, *augustior splendidiorque redi- tūr*. Nec solum ignis radios exceptit , verum etiam melle ostrum condire curavit , memor *Lib. 7* Vitruvij documenti. *Ostrum autem propter sal-*
6. 13. *fuginem*, *citò fit sūiculōsum*, *nisi mel babeat circu- fūsum*. Huius; inquam, documenti memor, put- puram miscuit melle Collegij S. Ambrosij, quod inhabitare cœpit examen Apium eadem ipsa die, in qua Sapientissimi Patres Augustæ Societatis in eo commorati sunt, adhucque eloquenti murmurillo Sapientiæ domicilium indicant , vtique prælagum dulcissimæ eloquentiæ, quæ usque in præsentem diem estiorescit. Huius nobilissimi examinis Magnus Suarius , qui *alter Augustinus* meritò nuncupatur ; V. P. Ludovicus à Ponte, qui *Ambrosius iuste* dicitur, cuius cineres hodie dum, non minus Sapientiam, quam Sanctitatem inspirant, scintillant. In hoc primævo Theologiae domicilio primum *Scientia Media* in Hispanijs propugnata fuit , primaque fundamenta character Jesuiticæ Scholæ iecit ; gloriaturque hoc nostrum Sanctæ Crucis Collegium, *Paul.* Collegas suos primos inter Hispanos , scien- *Leon.* tiā hanc defendisse, publicèque propugnasse. *in Ap.* Ab hoc Ambrosiano Lycæo prodiere tot dig- niissimi Ecclesiæ Præsules , tot Sapientissimi

Doctores, tot Religiosi viri. Hic in dies tot vo- lumina efformantur , quæ Scholasticam ambro- siam propinent : ab hac arbore novi eruditio- nis rami quotidie pullulant, nam

..... uno avulso non deficit alter

Aureus, & simili frondescit virga metallo.

Virg.

6.

An.

Huius frondosæ arboris ramus est opus istud, non minus aureæ sapientiæ , quam feracis eruditio- nis resertum. Et ne laudibus , quas ip- sum meretur opus , singularem Authoris mod- estiam opprimere audeam , vtque muneri in- juncto satisfaciam , censeo , illud non solum posse , se debere in lucem edi ad communem omnium utilitatem. In hoc Magni Domini mei Hispaniarum Cardinalis Sanctæ Crucis Maiori Pintiano Collegio, die 30. Julij, 1721.

D. Franciscus Uizente,

LICENCIA.

NOS DON FR. JOSEPH DE TALABERA,
por la Gracia de Dios, y de la Santa Sede
Apostolica, Obispo de la Ciudad, y Obispado
de Valladolid, Prior, y Señor de Junquera de
Ambia, y del Consejo de su Magestad, &c.

POR la presente, y lo que à Nos toca, damos licencia, para que se pueda imprimir, è imprima el Libro intitulado: *Dissertationes Sacrae in Divinā Scripturā*, compuesto por el Reverendissimo Padre Vicente Mascarell de la Compañía de Jesvs, Prefecto de los Estudios en el Colegio de San Ambrofio de esta dicha Ciudad, atento de nuestra orden ha sido remitido à censura, y por ella consta no tener cosa, que se oponga à nuestra Santa Fe Catholica, y buenas costumbres, con tal que en la impresion se guarde lo dispuesto por las Pragmaticas Reales. Dada en la Ciudad de Valladolid, y Palacio de nuestra habitacion, à dos de Agosto de mil setecientos y veinte y vn años.

Fr. Joseph Obispo de
Valladolid.

Por mandado del Obispo mi Señor
Don Manuel Martin
de Eugenio.
Secretario.

CEN.

CENSURA

CLARISSIMI D. DOCTORIS
D. Didaci à Torre, & Sepul-
veda, nobilitate, & eruditione
conspicui, in Vallis-Oletana Ec-
clesia Pœnitentiarij Canonici,
Maioris Salmanticensis Archie-
piscopalis Collegij purpurea To-
ga decorati, in eademque Salman-
ticensi Academia Philosophiae, &
in Pintiana, Theologiae Laureati,
Durandiq Cathedræ Sapientissi-
mi, dignissimique moderatoris.

JUCUNDUS accepi, accipiendo, jucun-
dus vidi, videndo, perjucundè legi,
legendo, jucundissimè admiratus sum,
lucidum opus dilucide elaboratum, opera, stu-
dio, & ingenio Reverendissimi admodum P.
M. Vincentij Mascarell ex præclara Societate
Jesu, & in suo hujus Civitatis Collegio Divi

¶¶

Am-

Ambrosij Studiorum Praefecti, sat nomen, *ce-*
Ovit. dat Virga; quid amplius dicam? *Nam satis*
5. fast Authoris dicere nomen erat. Quid: Si nomini, dulcem, piam, & adhuc vivam Authoris memoriam in florentissima, & mihi charissima Salmantina Academia injungam? In qua primævos annos, sapientiæ flosculis, qui jam in fructus vberrimos eruperunt, decoravit. Quid: si memoria nunquam morituræ sapientissimi, & literarum fæcundissimi Maioris Sancte Crucis Collegij abiectam, humilitate Authoris, licet semper sua excelsam magnitudine, præclarissimam Togam adjiccam? Quæ, nescio, si tantam ab illo abdicata, quantam, admissa, ipsi gloriam cumulavit. Quid: si Togæ, Societatis tunicam pauperem, sed venitam, sed sacratam, sed ditissimam supervestitam? Quæ ob difficultem intuitu, sed mirabilem intrinsecam contexturam inconsutilem, vt alia Christi, potest nuncupari. Et quid demum, si nomini, si memorie, si Togæ, si tunice beneficam, & semper addictissinam ipsius erga me familiaritatem, apponam? Quæ in me reverens obsequium, aut obsequientem reverentiam enutritivit. Quid agam? Quid dicam? Quid proferam? Certè, nil aliud, quam alacri animo, & animota auctoritate gratos, pro viribus Supremo Castelli Regio Senatui, quod non mea censoriæ Virgæ, sed affectui, non menti,

sed voluntati, non judicio, sed indulgentia, teste Seneca, *indulgentia scio istud esse non ju-* Ep.
dictj, opus istud sanè planum, plenè sanum, 45. commisserit. Nam certè his de causis, omnibus vbique notis, fateor, cunctis numeris illud esse tam absolutum, vt eius merita, meo secluso affectu, non Censorem rigidū, sed imparē laudatorē efecerint. Sed ne gravi adulatioonis nota, quæ longè abest, aut jucunda familiaritatis, qua fungor, veste, contegam veritatem: *Quisquis hoc opus intueris, illud evolute, & in nostro perdocto Authore parrem Scholasticę Theologię, in qua non parum, in suo celeberrimo nuper in lucem edito de Libertate attus Divinæ fidei laudatissimo Volumine prælum sudavit, & sacræ paginae, licet semper difficilem, exactissimam cognitionem invenies.* Ita equidem strenue obstrusas in Chronologia, & Genealogia tam in veteri, quam in novo Testamento Bibliorum innoxiones dissolvit, vt literalem perdifficilem sensum juxta nostram editionem Vulgatam eminenti quadam, & inexplicabili mentis capacitate fuerit complexus. Et licet multa à multis hac de re eruditè sint scripta, nullus hucusque, me judge, ita methodicè, vt insuevit scholarem est assequutus: nam maximè maximo, & probè improbo labore indemonstratas omnibus demonstrabiles difficultates conficit,

& ostendit. Unde palam omnibus utilitas operis, & convenientia abunde commendatur, non solum ex generali Divi Agustini sententia afferentis libro primo de Trinitate : Expedire Aug. plures libros à pluribus fieri diverso stylo, non l. 1. de diversa fide, vt ad plurimos res ipsa perveniat Trin. at alios sic, ad alios autem sic ; nec ex peculiari Senecæ asserto pro nondum exulta veritate differentis, dum dicit patet omnibus veritas ; nondum est occupata ; multum ex illa etiam Ep. futuris relictum est ; sed etiam quia in ipso, 33. quidquid Divus Bernardus, in perfecto sacramentum literarum Scholia te miratur, invenitur, dum epistola octogesima nona sic alloquitur: D. Be Nihil pulchrius secundum literam, consequentius rnar. juxta sententiam, utilius ad conscientiam : pla- Ep. nius propter intelligentiam. Sic Bernardus ad 89. Ogirium Canonicum Regularem : sic ego ad quæquam literarum sacrarum studiorū : attende hoc opus, & nihil pulchrius propter literalem expositionem, mirifice Vulgatae editioni consonam invenies : Nihil consequentius propter exactam annorum seriem, & accuratissimam temporum investigationem: Nihil utilius propter huncisque invium, sed jam explanatum iter, tum Discipulis adiscientibus, tum Magistris illutrāndis: & dēmum nihil planius propter claritatem, qua tenebrosus Scripture sensus, meridiana luce splendorius appareret. Res mi- rabi-

rabilis ! Te, clarissime Vincenti, cum ipso Melisfluo Doctore alioquin, ac digna planè D. Be. vestro magisterio ponere in lumine, lumen abs. Ep. conditum : Sed quid mirum, hoc Sacri eloquij 155. manna absconditum, tibi Vincentio sit reuelatum, si Vicenti dabitur manna absconditum, Ap. o. & ipse difficultates, in quibus alij miserè pro- 2. v. cubuere, fortiter evincis : proferento de the- 17. sauro tuo nova in novo, & vetera in veteri testamento, quibus magna cum laude in accessam omnibus viam ita iteris, vt quisque faci- Eccli. le sapientiam omnium antiquorum exquirat, in c. 39. Profetis vacet, enarrationem virorum nominatorum conservet, in versutijs parabolārum introeat, occula Proverbiorum exquirat, & in absconditis sacrarum literarum latebris converset. Nihil enim grande, nihil doctum, nihil retroactis seculis est excogitatum, quod ad tuas explanationes, & difficiles quæstiones endandas non advokes. Et si in filiis suis, vt docet Ecclesiasticus, agnoscitur homo: si ex fructibus, Eccl. teste Divo Mattheo, cognoscitur arbor: si ex doe- c. 11. trin, vt docet Spiritus Sanctus, noscitur vir: Mat. Ex filiis ita strenuis, ex fructibus ita opimis, 7. ex doctrina ita subtili quantum omnibus inno- Prov. tescet noster praeclarus Author? Certè dicat, c. 9. qui possit, sciat qui legat, edisserat, qui meditatetur, & proferat, qui comprehendat. Ipsi enim Omnipotens Deus dedit dicere ex sententia,

prout de se ipso , dicit illud à Deo datum ad

Sap. 7 intelligendum cor , Sapiens , & prout Sanctus

v. 15. Gregorius Magnus hunc locum exponit : Di-

cere ex sententia , id est : graviter , sententiosè ,

D. Gr eruditè , i geniosè , subtiliter , lepidè , jucundè , exi-

gitor . mītē , appositè ad persuadendum . Quæ omnia in

nostro egregio Authore examissim reperiun-

tur ; dicit enim ita nervosè , docet equidem

ita ingeniosè , exponit ita subtiliter , dissolvit

ita affluenter , enodat ita facile , enervat ita

concisè , & demùm concludit ita appositè , ut

I. Iai. omnibus persuadeat , feliciter inventum Doc-

to rem illum , quem I Iaias suis temporibus ar-

• 33. denter desiderabat , dum dicit , vbi est Doctor

p arvulorum ? Sed quid immoror : uno verbo

multa comprehendam : ex fertili , saluberrimo ,

Gen. illustri , sapidissimo , Sanctissimæ Societatis Je-

su paradiſo fluvius talis egreditur . Quid am-

plius de eius dulcedine , profunditate , & af-

fluentia dicam ? Nil maius , nihil enim medio-

cre , in Societate vñquam reperitur : Quare si

in hoc felicissimo Societatis Alumno inge-

nium ad investigandum quæris : Societatem in-

geniorum , hunc Sacratissimum euctum à Cle-

mente Octavo appellatum invenies ? Si robur

Suar. in solidando in Brachio dextero Ecclesie Dei ,

de rel quo elogio ipse Clemens Societatem illustra-

J. I. c. vit : quid enim solidius reperies ? Si clarita-

tem in ennodatione exposcas in literarum Pha-

ro ,

ro , in Discipulorum gloria : sic ab Eritio Putea-
no Societas commendatur , quid enim illus-
trius videbis ? Si vtilitatem , tum Discipulo-
rum , tum Magistrorum exoptes : Incredibile est ,
verba sunt Sanctissimi Ecclesie Dei Præsulis Pius
Pij IU. quantum tam brevi tempore iste ordo in Ep-
profuerit , quantum Ecclesie Dei atulerit utili- ad Ph.
tatis . Si eruditionem , si pietatem , si Religio- ilip. 2
nem desidero , omnes egregios laudatissimæ
Societatis Viros , talis intueberis , quibus , teste
Juris Consulro Fabro , nibil etas nostra tulit , Fab.
feretque eruditius , aut Religiosus . Et demùm tom. 2
si omnia quæris , omnibus omnia , ut omnes dec. 1.
Christo l u r i faciat societatem effectam , mira- 9.
beris . Qua propter ne prolixius extendatur
oratio , finem impono afferendo , in hoc opere
esse evictum illud latinum axioma , nulla fa-
cies sine nave : In facie enim illius pulcherrima
nævum nullum , nullam rugam , nullam ve-
deformitatem invenio : sic planè de illo sentio .
Vallisfoleti , die prima Augusti anni millesimi
septingentesimi vigesimi primi .

Doct. D. Didacus à Torre , & Sepulveda.

Canonicus Penit. & Cathedram Durandi
Regens.

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON BALTHASAR DE SAN PEDRO
Azevedo , Secretario de Cumara de el Rey
nuestro Señor , y de Govierno del Consejo,
Oc.

Certifico , que por los Señores de él , se ha concedido Licencia al Padre Uicente Mascarell , de la Compañia de Jesvs , para que por vna vez pueda imprimir , y vender vn Libro que ha compuesto intitulado *Dissertationes Sacrae* , por el Original que vā rubricado , y firmado al fin de mi mano , con que antes que se venda se traiga al Consejo , juntamente con el Original , y certificacion del Corrector de estar impresso conforme à él , para que se tasse el precio à que se ha de vender , guardando en la impression lo dispuesto por las Leyes del Reyno , y que esta certificacion se ponga al principio de cada vno , y para que conste , lo firmé en Madrid , à diez y ocho de Julio de mil setecientos y veinte y vn años.

D.Balthasar de San Pedro.

ERRATA CORRIGENDA. P. PAGINAM DE- notat. l. lineam. c. corrige.

P. 2.l.20 festus.c. Festus. p. 9. l.6. tempus. c. tempus. l.25.
mississe. l. mississe.p. 16. decimi. c. decimi tertij. p. 18. l.21.
fuiesse. c. fuisse. p. 21. l.13. translot.c. transl. l.16. contratiam.c.
contratiam.p. 28. l.25. n.14. c.n.13. & sic. c. vque ad fin. seft.
p.39.l.8. Nanceleri. c. Naucleri. p.41. l.18. civitabe. c. civitate. p.
42.l.2 problematicè. c. problematice. p. 44. l.9 falsò. c. falsò.
p.49.l.14 quoadammodo c quodammodo.p.65.l.15. antum.
c. annorum. p.68.l.12. interpretes. c. interpres. p.73.l.6. distan-
tia. c. distincti p.74.l.4. Authoæ.c Author. l.28. detracxic. c. de-
traxit. p.82.l.13. precludiuntur. c. præcludit. p.86.l.21.au-
rem. c. autem p.90.l.24. impossiblē. c. impossibilem. p.100.l.
14. hablet. plurimum c. haber. plurium. p.107. l.13. anao. c. an-
no. p.108. l.19. prorolata. c. prolata. p.112. l.17. fucislet. c. fuis-
set. p.182. l.3. iæmaginarium. c. imaginarium. l.7. centenario.c.
centenario p.183. l.18. que. c. qua. p.184. l.10. expovendns. c.
exponendum. l.28. diluvium c. diluvium. p.185. l.2. anuo. c. an-
no. p.186. l.13. presul. c. Pæsul. p.188. l.3. circunstribit. c. cit-
cumscribi. p.196. l.24. certior. c. certior p.207. l.16. latinn. c.
latina. p.213. l.21. vramque. c. vramque. p.240. l.6. percisè. c.
præcisè. p.241. l.2. suspiciati. c. suspicari. p.245. l.7. cognitone.
c. cognitione. p.254. l.28. veniunt. c. venient. p.264. in tit. pri-
ma. c. tertia. p.276. in tit. prima c. tertia p.272. in tit. prima.c.
tertia l.11. inmunem. c. l'munem. p.293. l.8. annis. sed. c. an-
nis. sed. p.369. l.24. differentur. c. diffentur. p.370. l.7. bone.
e bonæ.

FEE DE ERRATAS.

E Stos Libros intitulados las Obras del Padre Vizente Mas-
carell, de la Compañia de Jesvs, y con estas erratas cor-
responde à su Original. Madrid , v Septiembre 20. de 1721.

Lic.D.Benito de Rio y Cordido.
Corrector general por su Magestad.

Tassa

Tassa del Consejo.

DE
DON Balthasar de San Pedro y Azevedo,
Escrivano de Camara del Rey nuestro
Señor, y de Gobierno de el Consejo:
Certifico, que aviendose visto por los Señores
de él las obras del Padre Vizente Mascarell,
de la Compañía de Jesvs, en cinco tomos en
octavo, que con Licencia de dichos Señores
han sido impressos, y tassaron à ocho mrs. cada
pliego, y los cinco tomos parece tienen cien-
to y veinte y cinco, sin principios, ni tablas,
que à dicho respecto montan vn mil mrs. y à
este precio, y no mas, mandaron se vendan los
referidos Libros, y para que conste, doy esta
certificacion en Madrid à veinte dias del mes
de Septiembre de mil setecientos y veinte y
vn años.

D.Balthasar de San Pedro,

LECTORI BENEVOLO OPERIS
Ratio.

LYCÆI Lumen, & Doctor Aristoteles,
quondam ad Philosophiam recurrere *Arist.*
iubebat, eum, qui sine animi angore, &
tristitia vivere, *vellet*, & iucundissime oblec-
tari, quam eandem Tullius *requiem curarum*
nominabat, Palladasque poeta Græcus libros di-
xit Musarum instrumenta, Pieridum organa;
hinc Ecclesiæ splendissimum iubar D. Augusti-
nus, vt de se ipso testatur, cum in Ciceronis *Aug.*
Hortensium incidisset, qui hortatio est ad so-
lertem Philosophiæ amorem, ita fuit iucundis-
simo studio, & ardore ad Sapientiam inflamma-
tus, vt alia omnia, quæ putanrur in communi
vita iucunda, & appetenda contemneret. Quod
si prophani id commentarij potuerunt, quid
efficient Sacri Libri, qui Lingua sunt Dei, nos
monentis, & divinitatis adhortantis, quos verè
nuncupabis cælitus missa dona, animarum
cibum, exquisitam alimoniam, qua vegetor
fit animus, & succo pleniori virtutis eruditur
ad felicitatem; hæc namque à Deo immissa
eloquia filum suppeditant, non Ariadnæum, sed
longè præstantius, quo sine errore in immen-
sum ingrediamur Dei pectus, & illius bonita-
tem, aliasque dotes in omnem partem infinitas,
ceu mensura illa D. Joannis, arundine aurea *Apoc.*
c. 21.
v. 25.
me.

LEC

metiamur: quapropter D. Chrisostomus non
Chrif dubitavit super aureos Cæli orbes ponere, qui
hom. Sacras paginas studiosè evolverent: Scriptura-
2. in rum (inquit) *Lectio Celorum est reseratio; com.*
Iai. modaque adeò numerosa colligunt, qui exactè
divinos hos Codices perscrutantur, vt Orige-
Orig. nes summam hanc dixerit utilitatem; habent
inPhi quippè hæc sacra dogmata, adnotaute D. Bas-
I.c. 12 lio, Ethicos, physieos, & epopticos sermones
Bas. mysticæ Theologiæ inservientes; quinimo Theo-
in Ps. doretus, *Cur (inf.) non ad Moysen Oceanum*
44. *Theologia transimus, à quo, ut poetice dicam, flu-*
vij omnes, & maria omnia derivantur; illinc
enim, & Anaxagoras, & Pythagoras, Platoque post
eos parva quedam veritatis lumina, quedamqne
initia desumperunt: initia illi, & per pauca, ta-
men lumina, cæterum Christiani Doctores vbe-
res admodum fructus inde perceperunt, immen-
suumque scientiæ hauserunt splendorem.
Quid vero de ingenti suavitate, miraque huius
studij dulcedine proferam? Dulcia in hominum
vita habentur mel, & lac, cum illis igitur D.
Dionysius Scripturam Divinam componit. Olim
Thamnathæi dixerunt ad Samsonem, cū enigma
illius vellent explicare, quid dulcissimæ melle? Ref-
Jud. ponderet apposite, atque verè opinor, D. Au-
c. 14. gustinus, *Divinas Literas, quas nominat de melis*
v. 18. *cæli melleas, & de lumine Dei luminos.*
Quanti insuper sit momenti Oracu-
rum

tium assidua theoria, exponit maximè Div.
Dionysius inquiens, *Sacra eius, quæ apud nos est Dion.*
Hierarchie, substantiam esse eloquia divinitus de El.
tradita, in eis nimirum omnes sunt veræ, ne-
que aberrantis Theologiæ fontes. Imò quòd c. i.
Theologiæ genus esse possit christianis au-
ribus dignum, & religionis sanctitate, si hoc
studio, & hoc tanto ornamento spolietur?
Est quippè Divina scriptura quædam veritate,
& sanctitudine collueens lucerna ellychnijs
septem, id est clarissimorum Patrum, Sapien-
tiumque luminibus, in quam optimè illud qua-
drat Poetæ veteris Acroama
Illustrem cum tota meis convivia flammis, Mart.
totque geram myxos, una lucerna vocor. lib. 14
Cum vero ad rectam Sacræ Paginæ notionem
conferat valde, quin & necessaria sit Historiæ
multiplicis, ac Chronologiæ in divinis traditæ
Codicibus intelligentia, vt nos edocent Patres,
signanter D. Augustinus hisce verbis: *Quidquid de doc-*
igitur de ordine temporum transactorum indicat chr. t.
e. i. quæ appellatur Historia, plurimum nos adiuuat 2. c.
ad Sanctos libros intelligendos. Ex quo Rabanus 28.
Maurus inquit: En tibi non contemnendam uti-
Rab.
litatem ab investiganda temporum ratione. D. Ba-
de infil. exigit non minus dilucidè Temporum obser-
cler. c.
vationem in Sacris literis; potiori autem esfi-
citate id ipsum D. Cyrus sic suadet: Ne 12.
Bas.
effarium igitur est, ad intelligentias rectè in c. 1.
Scrip- Isai.

Cyril lib.9. Scripturas, tempora considerare, in quibus dicta sunt, que scribuntur, sic enim facile poterimus errores vitare. Ideo D. Joannes Chrisostomus **Tbes.** aduersus Judæos infelices, & obceccatos merito invehitur, & subdit: *Vidisti quantus error* **Chris.** *inciderit ex iniitia temporum, tantam igitur eti-* **in c.6** *litatem ne negligas, quemadmodum in agris ter-* **Isa.** *mini, columnæque non sinunt arua confundi, si* **Ho.2.** *tempora non sinunt confundi res gestas, sed dum dirimunt alias ab alijs, & in ordinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione, sic eleganter ac verè Chrisostomus. Accinit Lactatius ita nos erudiens: *An te omnia qui veritatē studet comprehendere, non modo intelligendis Prophatarum vocibus animum debet intendere, sed etiam tempora, per quæ quisque illorum fuerit, diligenter inquirere.* Plura, quæ ex Patribus, & Interpretibus, in hunc collineant scopum, brevitatis ergò missa facio. At quoniam opera valde ista res est, difficultatumque vepribus via illam adipiscendi obsira, vt D. **Aug.1.** Augustinus adnotat: *Et hoc (inquit) perscrutando* **12.de Civ.** *indagare, ac differendo monstrare, quam sit operosum, & prolixum, & quam multis dignum voluntinibus, quis ignorat, qui haec vel mediocriter cogitat?* Idcirco, ad ingentem istam, prout nuitate mea, quadantenus superandam difficultem, haud exiguum impendi laborem, & hæc concessi syntagma, dilucida, qua mihi licuit,*

me-

methodo ianexa, & quæ multis, varijsque in locis sparsim traduntur, & quoad speciem dissidentia, in concentum ad idem difficultatis scopum pernoscendum concessi, vt Sacrae Scripturæ Professoribus, ijs maxime, qui scholasticæ methodo dediti discepta theorematâ minus avide inquirunt, subsidium, opemque conferrem, eorumque exacuerem ingenia ad sacre scripturæ studium, quod adeò impensè Tridentina Synodus in Academijs, & religiosis Collegis commendat, præcipit, & vigere cupit, præsertim formiuxta Vulgatæ latine editionem mentem, & verba, quam stabilire, ac propugnare vbiique annitor, Patrum, & Sapientum inhærendo cloquijs, à quibus edoctus elucidare aliqua adorior; Nec enim (aiebat olim Paschasius Ratbertus) putandum est, nulli nunc temporis gratiam intelligentia Rathlargiri, cum pateat illud propheticum: Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Sed & in Ma Philosophis saeculi tale aliquid post priorum studia, ratione vigente, probatur concessum, quoniam Doctores quanto juniores fuere, tanto utique perspicatores. Verum tamen etiæ ita loquar, non adeo fastum iactancie diligo, vt me ad eorum scientiam, aut merita attigisse pollicear, sed quod filium, quam ipsi docuerunt, & veritatem apprehendisse, ipsum doctrinæ enutritum me esse gaudeo. Vnde & ex eorum libris sparsim plura colligens hoc opus devote ad legendum fratribus confici. Sic Corbeien-

sis

sis Abbas. Et cum D. Bernardo pergere forte
Ber. possem: *Judicabor superflus, aut presumptor,*
Ho. in videlicet post Patres, post tot Sapientissimos Docto-
Miss. res, qui hunc ipsum locum plenissime exposuerunt,
in fin. rursus in eodem novus expositor ausus fuerim mit-
tere manum. Sed si quid dictum est post Patres, quod
non sit contra Patres, nec Patribus arbitror, nec
cuicunque displicere debere. Vbi autem aixi quod a
Patribus accepi, dum sic absit typhus presumptio-
nis, ut non desit fructus devotionis, patienter au-
diant de superstite causantes:::Si vero peccavi:::
potens erit pia Virgo apud suum misericordem
filium hoc meum excusare peccatum, cui hoc meum
qualecumque opusculum devotissime dedicavi. Hęc
cælestis Claravallensis Apis. Utque dilendi, ac
bene sentiendi meam mentem aperiam, Sancte
Romanæ Ecclesiæ iudicio omnia a me scrip-
ta, dictave, libenti submiso animo. Et cum Ec-
clesiastico, Hortor itaque venire vos, cum bene-
Ecli. volentia, & attenuiori studio lectionem facere, &
in Pr. veniam babre in illis in quibus videmur sequentes
imaginem sapientiae, & desicere, quippe multa di-
cimus, & desicimus in verbis, consumatio autem
sermonum ipse est: scilicet Deus Optimus Ma-
ximus, cuius honori cedant cuncta, Nam, & in
Ecli. sermones eius compotis sunt omnia. Gloriantes ad
• 43. *quid valbimus? Ipse enim Omnipotens*
v. 28. *super omnia opera sua.*

¶ 29

ANTELOQUIA

AD FACILIOREM

SACRÆ SCRIPTVRÆ

INTELLIGENTIAM

CONSENTANEA.

ANTELOQVIVM I.

De Nominibus Sacrae Scripturae:



ACRA Scriptura vocatur ulterius verbum Dei Scriptum, idque perquam proprie, ut fatentur non tatu Catholici omnes verum & haeretici, si excipias Gaspatē Sovenck feldium, qui Epist. 24. & sequentib. solum Verbum eternum esse proprium verbum Dei, affirmat; sed omnino rejecien-

†

duo

ANTE-

2 Antelegatia ad faciliorem, &c.

dus ex illo Deuteronomij cap. 4. vers. 2. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, & Apostoli ad Thessalonici. 1. cap. 2. vers. 13. Cum accepistis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, sicut verè est verbum Dei.

2 Appellatur etiam Scriptura Canonica, quia nimirūm est norma vivendi, atque credendi, & quidem certa, ac infallibilis; atque ob eam causam Biblia Sacra dici Scripturam Canonicam, imò, & absolute Canonem, locupletes testes sunt Div. Chrisostom. homil. 33. in Genes. & Irénæus lib. 4. cap. 69. & apud Latinos Plinius lib. 34. cap. 8. inquit: fecit & quem Canonem Artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam, & Ausonius Epigr. 128. Grammatici Canones. *Canon* igitur Græcè, Latine regula nuncupatur, ut habeatur cap. Canon. diff. 3. ubi Glos. quod desumptum est ex D. Isidoro lib. 6. Etymolog. cap. 16.

3 Nec ea solùm de causa canonica Scripturam Biblia Sacra rectè vocamus, sed etiam, quia canoni perinde est ac numerus, seu Catalogus, quo sensu canon accipitur Cod. lib. 10. tit. 23. de Canone Largitionalium titulorum. Et lib. 16. tit. 17. Leg. 1. Quocirca ob hanc significantiam Biblia vocant Scripturam Canonicam D. Hieronymus pref. in Iudith. & D. Augustinus lib. 2. contra Crescon. cap. 31. Est enim

De nominibus Sacrae Scripturae. Anteleg. 1. 3

in Biblijs numerus seu Catalogus Sacrorum Librorum; adeoque audiendi non sunt Kemnitius, adversus Sess. 4. Tridentini, Polanius, & alij huius furfuris, qui hanc nuncupationem detrectant Sacrae Scripturae concederé.

4 Nuncupatur etiam Sacra Scriptura Testamentum Novum, & Vetus, ut frequens Patrum, & Interpretum sensus docet, præcipue D. Paulinus in Natalibus. Origenes lib. 1. de Spiritu Sancti, ad init. D. Augustin. lib. 1. de Genesi, cap. 1. D. Hieronymus in Isaia. cap. 18. D. Ambros. cap. 10. Luc. D. Isidorus lib. 6. de Originib. Et optima ratione nuncupatio hæc recipitur, primò quia Scriptura Dei nobis voluntatem ac mentem testatur. Secundò, quoniam continet varia Dei cum hominibus pacta, & foedera. Tertiò quod Deus in illa justos pafsim hæredes nominet.

5 Opponit tamen Theodorus Beza, Ecclesiæ Sanctæ infensus hostis, Epist. ad Roman. cap. 11. vers. 27. & consimiliter alij hæretici: Testamentum non potest dici, nisi pactio partium quarum altera vivit, altera è vivis excessit; illudque propriè sumptum confirmatur morte testatoris; ad Hebreos 9. vers. 16. & 17. Igitur Scriptura Sacra Christo anterior, & Dei cuni hominibus pacta continens, Testamentum inepte vocatur. Tum quia in toto Hebreo tex-
tu Berith propriè foedus inter vivos denotat; non

4 Anteoloquia ad faciliorem, &c.

verò testamentum. Vetus ergò Scriptura , sive Hebraicè Berith, veteris potius foederis , quām testamenti nomen inter Latinos postulat.

6 Respondetatur , argumentum in adversarios retorquendo , quoniam foedera antiquæ Legis figura erant eorum, quæ de hæreditate gloriæ nobis conferenda, ac quæ facta sunt in Lege nova , & quæ Christi morte sunt confirmata ; igitur sicut hęc recte Novi testamenti nomenclationem accipiunt , sic illa dici debent , & foedus propter id quod erant, & Testamentum Vetus propter id, quod significabant. Intorquo secundò , quia quod Hebraicè est Berith , sive quodvis pactum , & foedus , id vertunt Septuaginta Interpretes Diatiki , quod Latinè est testamentum, ita illi Genes. cap. 6. vers. 18. Exodi cap. 24. vers. 7. Levitici cap. 2. vers. 13. & passim alibi. Tum etiam quia Diatiki , hoc est nobis testamentum , pro foedere quovis sumi docent ex Actor. cap. 13. Budæus in Commentar. Gracæ ling. & ex eo Henricus Sthephanius in Thesauro. Denique Ecclesiæ usus, & consuetudo sufficit, ut hæc nuncupatio ut sancta retineatur. Vide P. Lincæum tract. I. de Locis. cap. 1. & tract. 5. cap. 1.



ANTELOQUIUM II.

DE MATERIA , ET FORMA SACRAE
Scripturae.

7 Materia & forma in præsentiarū in obiectū recidūt, quemadmodū & in scientijs de earum materiali & formalī obiecto disseritur , ipsūq̄ in unaquaq̄ sc̄ientia statuitur; assīnīq̄ est huiuscē Antel. difficultas ei , quam Scholastici Theologi circa Theologiæ obiectum versant. Sunt igitur scripturæ materiale obiectum Deus ipse, cuius perfectiones , & opera , ut docet D. Hieronymus in Prefatione Epist. ad Ephes. Actio omnis (inquit) & sermo divinis libris continetur , per quos Deum discimus. Tum Christus Dominus , ut tradit idem Hieronymus ad cap. 29. Isaie , & infra ostēdetur. Est insuper tale obiectum exter- na Beatitudo cum medijs ac meritis ad eam conducentib; ut edocent Clemens Alexandrinus lib. I. Strom. ibi : Scriptura Sacra pædagogus est docens hominem salutaria. Et S. Ephren. de Patient. & consumma. seculi , ibi : Lectiones Divinarum Scripturarum adhæreas, que te doceāt, quomodo effigere opporteat laqueos inimici, & vitam eternam asequi. Et præcipue Apostolus Epist. ad Thaim. cap. 3. vers. 15. ibi : Quia ab

6 Anteloquia ad faciliorem, &c;
infantia sacras literas nostri , quæ te possunt ins-
truere ad salutem per fidem , quæ est in Christo Je-
su , & vers. 16. omnis scriptura divinitus inspi-
rata utilis est ad docendum , ad arguendum , ad
corripiendum ad erudiendum in iustitia ut perfec-
tus sit homo Dei , ad omne opus bonum instru-
bus.

2 Ad idem scripture obiectum atti-
net quod de operibus sex dierum , & deinceps
refertur ab Orbe condito usque ad Moysis
mortem in Pentateuco, quod scilicet est MundiChronicon, cuius argumentum est texere his-
toriam , ac Chronologiam Mundi, ac gesta Pa-
triarcharum à Mundi prima creatione usque ad
mortem Moses ; nam in Genesi Moses perte-
xit à principio creationem mundi , & gesta Adae
mi , Eya , Noè , Abraham , Isaac , Jacobi , &
aliorum usque ad mortem Josephi : In Exodo
persecutionem Pharaonis , indeque decem pla-
gas Ægypti , egressum Hebraeorum ex Ægyp-
to , & peregrinationem per dessertum : ubi in
Sina Decalogum ceteraque leges à Deo acce-
perunt. In Levitico describuntur sacra , & sa-
crificia , cibi vetiti , festa , aliquæ ritus , lustra-
tiones , & ceremoniae , tam Populi , quam Sa-
cerdotum , & Levitarum. In Numeris numeran-
tur Populus , Principes , & Levitz , item qua-
draginta duæ mansiones Hebraeorum , eorum
quæ exèc Dei gesta in deserto : insuper re-
cen-

De materia, &c. Anteloq. 2. **7**
consentur propheta Balaam, ac bellum Hebreo-
rum cum Madianitis. Deuteronomium , sive
secunda Lex repetit , & inculcat Hebreis leges
antea in Exodo , Levitico , & Numeris à Deo
per Mosem datas. Hæc in Pentateuco contin-
nentur.

3 Josue Liber est prosecutio historiæ
Moysis , eamque pertexit usque ad finem vite
Josue , ipsiusque , & Israelis post Mosem he-
roica facta recenset , & præcipue bella quibus
Chananæam devicit , eamque inter Israelitas
possidendam distribuit. Liber Judicum , eo-
rum gesta prosequitur ab Othoniele usque ad
Samsonem , ut pateat Dei liberalitas in fideles ,
& pios , ac eiusdem vindicta in infideles , &
impios. Hactenus de Materia Sacra Scriptura ,
quæ ad hanc primum Tomum lucubrationum
mearum pertinet , reliqua , quæ sub eodem ob-
iecto comprehenduntur , specificè in sequenti-
bus Tomis exponentur , nunc universim assero
cum D. Bonaventura , in Sacra Scriptura . Tes-
tamentum vetus totum est de Deo incarando , tes-
tamentum novum de Deo incarnato . Et D. Petrus
Actor , cap. 1. vers. 43. dixit : Hunc (id est Chris-
to) omnes propheta testimonium peribent. Un-
de Tertullianus lib. 3. carmin. contra Martionem
cap. 2. canit .

*Omnia de Christo : per Christum
Gaudia lequuntur.*

4 Et in hunc scopum, & quatenus omnes creature sunt à Deo, & ad Deum referenda, ac per ipsas ad Deum tendere debemus, Sacra Scriptura obiectum habet omnisciibile, disciplinas omnes, & quid quid sciri potest suo finu complectitur: ideoque universitas quædam est scientiarum, scientias omnes vel formaliter, vel eminenter continens: id quod doctè illustrat P. Cornelius à Lapide, in *Encomi. S. Scripture à num. 12.*

5 Obiectum verò formale scripturæ sunt eadem, quæ sub obiecto materiali comprehenduntur, prout verbo Dei scripto nobis inotescunt; quoniam ut in *Anteloquio 1.* ostendimus scriptura est verè Verbum Dei: & ut D. Petr. Epist. 2. cap. 1. vers. 20. inquit: *Omnis prophetia scriptura propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt Sancti Dei homines.*

6 Quod si opponat quispiam, nos confundere obiectum materiale cum formaliter, cum idem obiectum materiale Scripturæ dicamus esse formale, respondetur haud difficulter, materiale obiectum esse res, per scripturam significatas, at formale obiectum esse res easdem, ut verbo Dei scripto illæ nobis relevantur; praterquam quod aliquando idem omnia

nino obiectum potest esse formale, & materiale, ut cum Dei bonitatem per se ipsam amamus.

7 Obiectum autem attributionis, seu præcipuum Sacré Scripturæ est Deus secundum se, & secundum proprietates eius, & attributa, tum ut hypostaticè naturam humanam assumpsit, scilicet Christus, ac propterea D. Hieronymus ad cap. 29. *Isaiae*, ait: *In capite Libri scripturæ est de me, non Hieremie, non Isaiae, sed in omni Scriptura Sancta, que unus liber appellatur.* Concinit Illustrissimus Abulensis in *Exodusum, initio*, per hæc verba; *Et quia opus redemptionis ad Messiam, id est Christum Deum hominem pertinet, omnes libri (scilicet Scripturæ Sanctæ) velet ad quemdam verticem inclinati, in ipso quasi in quodam solidissimo cardine dovolutuntur.* Hunc autem quidam venisse, denuntiant eius misifica opera enarrantes, in quo totius novi testamenti Librorum canonicus ordo versatur. Cæterorum autem quidam eum futurum prænunciant, secundum temporum differentias, in quo genere tota Propheticam seriem collocamus. Alij autem ad eum suscipiendum disponunt, rectis moribus imbuendo: quia solis purgatis animis Deus fide, & spe colitur, atque charitate suscipitur. Ad quam seriem

Sapientiales, & cæteri in hunc modum pertinere noscuntur. Cum quibus, & Legales primam obtinet positionem, per se liquet. Qui autem residui de tota serie sunt, Me siq[ue] lineam à rerum exordio principaliter contexentes in ipsum usque devenerint. In eundem sensum illud Psalmi 39. vers. 9. In capite libri scriptum est de me exponunt PP. Cornelius in cap. 10. vers. 7. Epist. Ad Hebreos. Et Leblanc in Psalm. 39. cum alijs interpretibus quos ipsi Laudant, qui edocent, unum Librum esse omnes, qui in Sacra Scriptura reperiuntur, & colimus, ex eo scilicet quod ad Christum Dominum omnes referuntur; qui propterea obiectum attributionis Sacrae Scripturæ dicendus.

ANTELOQVIVM III.

DE SCRIPTVRÆ CAUSA EFFICIENTI.

CAusa efficiens Sacrae Scripturæ est Deus, haud quidem immediata per se ipsum solum, sed per homines, scilicet Pentateuchi per Moysen, Librorum Isaïæ, Jeremiæ, & reliquorum Prophetarum per hos ipsos, & spatiatim Libri primi Esdræ per hunc, secundi Libri Esdræ per

N.

Nehemiam, Librorum Ecclesiastes, Proverbiorum, & Cantici Canticorum per Salomonem, Ecclesiastici per Jesum avum Jesu filij Simeon, Evangeliorum per quatuor Evangelistas Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem, Apocalypsis etiam per Joannem Apostolum, Actorum Apostolorum per Lucam, Epistolaram Apostolicarum per Apostolos, quorum eis prefixa sunt nomina. Haec certa, immo de fide sunt, & vel traditione constant, vel inde haud raro, quod in ipso contextu Librorum Sacrorum auctores eorum dicantur iij, de quibus supra.

2 Dixi in ipso contextu, nam titulos praefixos Sacris Libris non esse omnes de fide, nec Scripturam Canonicam, tuerintur P. Bonfrerius in Proleg. Scripturæ, cap. 7. s. 1. ad initium. Et nonnulli allij DD. Catholici, quia certum inquiunt, non est, quod operibus suis sint praefixi ab ipsis Scriptoribus Sacris, & sic Titulos Psalmorum David, v. gr. non huiusmet, sed Esdræ, vel alterius esse, edocent Doct. Angelicus D. Thomas in Prefat. ad Psalm. & Rutilius Benzonius lib. 1. in Magnificat. cap. 29.

3 At esse Scripturam Sacram, tuerintur Theodoreetus Prologom. in Psalm. Leo Bicantinus lib. 3. contra Nestorian. & Euthychianos. P. Lorinus tom. 1. in Psalm. Praefation. cap. 12. prin-

princip. P. Azor *Institut. Moral.* tom. I. lib. 8. cap. 1. quæst. 2. quandoquidem enim inquiunt, Librorum Sacrorum claves sunt iuxta D. Hieronymum, in *Proæmio ad Psalm.* quando id ipsum sunt in Scriptura, quod inscriptiones in foribus ædium, cuius, & quales sint, denotantes iuxta D. Augustinum, *Exordio enarrationis Psalmi* 58. quando erum non pauci in Ecclesia Catholica Legi consuevere, quod pro certissimo iuditio Scripturæ Sacrae, & authentica, tradit Concilium Tridentinum *Sess. 4.* quando etsi forte appositi non fuerint ab ipsis Auctoribus Sacrorum voluminum, sed ab alijs, at non nisi Spiritu Sancto eos illustrante, quid causæ est, cur non habent Canonicam Auctoritatem? Dicendum igitur eos Titulos scripturam esse Canonicam,

4 Divisionis cæterum capitum, & quodcumdam etiam sectiones in Sacra Pagina recentes esse, ac ne tractatum longitudo perpetua, & non interrupta vel tædio esset, vel etiam memoriarum obesset, magis ab expositoibus factas, quam ab ipsis Scriptoribus Sacris Spiritu Sancto dictante, exploratissimum est, idque testantur D. Joannes Damascenus lib. 4. fid. cap. 18. D. Hieronym. in *Prefationib. ad lib. Esdræ, & Nehemij*, nechon etiam ad *Libros Paralip.* Cajetanus ad initium *Deuteronomij*, & in 2. *Act.* ad verba illa ultima: In id ipsum. Sextus Senensis lib.

Biblioth. Sanctæ tit. de Partitions, Method. 4. Antonius Senensis in *prefatione ad opera S. Thomæ*. Guevara in cap. 3. *Habacuc. num. 15* 4. Lindanus lib. 1. de optim. Genere interpretandi, cap. 3. Cardinal. Bellarminus lib. 1. de Verbo Dei, cap. 7. & cap. 15. Gretserus tom. 1. *Defensionis Bellarminianæ*, ad cap. 9. lib. 1. de Uerbo Dei. P. Salmeron tom. 1. *Prologom. 9.* *Quinguagena 1. sanc.* 22.

3 Igitur ante quingentos annos, inquit P. Salmeron, loco nuper citato, scribebat autē anno Domini 1597. nullus inter Hebreos, sive Græcos legitur, divinæ locos scripture, certo capituli numero, citasse, præter Psalmos; quibus numeros adiectos fuisse à Septuaginta Interpretibus, testis est D. Hilarius in *prefatione Psalm. testis est*, & Liber Actuum Apostolorum, cap. 12. ubi primus, secundūm aliquos, vel secundus, secundūm alios, Psalmus producitur. Ueteres denique Patres testantur, qui quinquagesimum Psalmum, vel quadragesimum vel 118. nominare solent. Quare omnium, quæ nunc in Hebreis, & Græcis exemplaribus capitum divisiones, ac numeri habentur, ex Latinis nostris codicibus sunt accepti: siquidem veteres Patres etiam Latini, Scripturas non partiebantur enumeratione capitum, vel numerorum citatione, sed per allegationes particularum historiarum. Vnde D. Augustinus

nus lib. 2. Retract. cap. 24. tom. 1. initio. dixit, se scripsisse à principio Geneseos usque ad primorum Parentum deParadiso expulsionem, hoc est, iuxta modum nostrum loquendi in priora iria capita Geneseos. Et D. Grégorius in Prologo lib. 1. Reg. sub initium, tom. 2. circa finem, ait, se exposuisse à principio lib. Reg. usque ad Davidis Regis unctionem: hoc est in priora quindecim capita primi libri Regum. Nemo ergo miretur, si in Lectione Patrum nunquam eiusmodi citandi rationem per capitula invenire potuerit.

6 At divisionem per sententias, commata, membra, & versus divisos, & intervallis quibusdam distinctiones, fuisse olim apud antiquos Hebræos, auctor est D. Hieronymus in Praefatione Libri Paralipomenon, & Libri Isaï, ubi agit de Apolinari, afferitque, se ad legentium commoditatem, easdem commatum incisiones, & intervallorum distantias in sua servasse editione. Constat etiam per multa ante secula per Septuaginta Interpretes Biblia translata in Græcam linguam cum commatum distinctionibus. Sic notat P. Salmeronus proleg. 9. quinquag. 1. can. 22. Tametsi Helias Levites in praefatione libri Mosei, ex Rabinorum sententia affirmet, totam Legem fuisse quasi unum passuk, hoc est unam sententiam, in qua diversa cohærebat sive illa ver-

sum

suum distinctione, & hanc 436. annis post ultimum Vrbis Sanctæ excidium à Judæis Tiberitis fuisse in multis pasukim, hoc est, versus, & sententias divisam. Græci etiam veteres Patres, & Latini, versuum distinctionem aliam efecerunt, collocando in quolibet versu sex dictiones, sive monosyllabas, sive polysyllabas, ut indicat D. August. in Speculo Scripturæ. Judæi tamen non sic distinxerunt versus suos iuxta numerum dictiorum, sed longiores, aut breviores, ducti auctoritate Septuaginta Interpretum.

7 Ex dictis conficitur, quod cum per capitula distinctione recens sit, & ad commoditatem docendi à Græcis, & Latinis expositoriibus confecta, possunt aliquando, si ratio, & auctoritas patrocinentur, præcedentia superioris capituli verba cum prioribus sequentis connecti, & si meliorem, & solidiorem sensum preferant, explicari, & vel priori capiti, vel sequenti eiusmodi verba tribui, atque applicari. Sic P. Salmeron, dic. proleg. 9.


8 Ad ulteriorem ergo causæ efficientis, notiam supponendum est, quod licet Deus hominum ministerio usus sit in scribendis omnibus Libris Sacris; id tamen nihil ijs adimit Auctoritatis, cum eorum nihilominus principalis Auctor sit ipse Deus. Præclare S. Gregorius in Praefatione ad Lib. Job. cap. 1. Ipse igitur bæs

hęc scripsit, qui hec scribenda dictavit , ipse
scripsit, qui & illius operis inspirator extitit,
& per scribentis vocem imitanda ad nos eius
facta transmisit. Si magni cuiusdam viri sus-
ceptis epistolis legeremus verba , eaque quo
calamo fuissent scripta quereremus : ridiculum
profecto esset , si non epistolarum Authorem
scire , sensumque cognoscere , sed quali cala-
mo earum verba impressa fuerint , indagare
studieremus. Cum ergo rem cognoscimus, eius-
que rei Sp̄iritum Sanctum Authorem teneam-
us , quia scriptorem querimus , quid aliud
agimus , nisi legentes literas de calamo perscrut-
amur?

9 Nec minus apposite D. Augustinus,
tom.4. lib. de consensu Evangelistarum , cap. 7.
ibi: Sed illud prius discutiendum est , quod
solet non nullos movere , cur ipse Dominus
nihil scriperit , ut alijs de illo scribentibus ne-
cessē fit credere. Hoc enim dicunt illi vel ma-
xime pagani , qui dominum ipsum Jesum
Christum , culpare , aut blasphemare non au-
dēnt , eique attribuunt excellentissimam sa-
pientiam , sed tamen tamquam homini:: à qui-
bus quero, cur de quibusdam nobilissimis Phi-
losophis suis hoc crediderunt , quod de illis
eorum discipuli scriptum memoria reliquerūt,
cum de se ipsi nihil scripsissent ? Nam Pytha-
goras , quo in illa contemplativa virtute nihil

tunc

tunc habuit Græcia clarius , non tantum de se ,
sed nec de nulla te aliquid scripsisse , perhibe-
tur. Socrates autem, quem rursus in activa, qua
mores informantur , omnibus prætulerunt , ita
ut testimonio quoque Dei sui Apollinis om-
nium sapientissimum pronuntiatum esse , non
taceant , Aësopi fabulas pauculis versibus pro-
sequitur est, verba , & numeros suos adhibens
rebus alterius : usque adeò nihil scribere ,
voluit , ut hoc se coactum imperio sui dæmo-
nis fecisse dixerit , sicut nobilissimus discipu-
lorum eius Plato commenotat. In quo tamen
opere maluit alienas , quam suas exornare sen-
tentias. Quid igitur causæ est , cur de istis hoc
credant , quod de illis discipuli eorum literis
commendarunt , & de Christo nolunt cre-
dere , quod eius de illo discipuli
conscripterunt ? Hęc
D. Augus-
tus.



ANTELOQVIVM IIII.

DE MODO QVO DEVS PER HOMINES
à se ad id electos Sacras fecit Scripturas.

Certum igitur est, Deum hominibus à se ad id electis revelasse, quæ ipsi scripsere, iuxta illud David 2. Reg. cap. 23. *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, & Psalmo 86. Dominus narrabit in scripturis populorum.* Tum Matthai 22. ubi Christus argumentatur: *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, si filius eius est?* Supponit ergo illam vocem *Dominus* fuisse ab Spiritu Sancto dictatam.

Hæc autem divina revelatio multifariam fieri potest, primò per locutionem humanaam, sive humanæ similem, vocesque sonoras, & articulatas; quo pacto locutus est cum Samuele lib. 1. Reg. cap. 3. v. 4. ibi: *Et vocavit Dominus Samuel*, sic docent Illustrissimi. Abulensis quæst. 3. & Cajetanus, tum alij sequuntur D. Dionysium, & D. Gregorium: quibus ad de Thyræum, lib. 2. de Apparit. vocali. cap. 3. P. Mendoza in lib. 1. Reg. cap. 3. num. 4. & Marg. 32. P. Cornelium, sed loco. similitique vocalis

De modo quo Deus, &c. Ante loq. 4. 19 locutio legitur in Baptismo Christi Domini, Matth. 3. v. 17. in promulgatione Legis, Exod. c. 20. ut etiam expoñentes habet in confessione, & de eorumdem etiam confessione, cum Deus loquutus est cum Adamo, & Eva, Genesis cap. 3. vers. 17. in Transfiguratione, Matthæi cap. 17. v. 17. in sermone ante Cœham, Joannis cap. 12. vers. 28. ibi: *Venit ergo vox de Cœlo: & clarificavi, & iterum clarificabo.*

Et quidem licet P. Benedictus Fernández tom. 1. in Gen. s. præcitatō cap. 3. sect. 20. num. 3. ad eum versiculum: *Et cum audissent vocem Domini Dei. Sunt qui existimant, banc Dei vocem illam omnino esse, qua subinde inclinavint: ubi es, &c.* videatur Deo negare locutionem humanam cum primis Patribus. At eam duntaxat negat, antequam hi prodijissent de latibulis suis; concedit vero, & perspicue, posteaquam prodiere, ut legenti constabit. Sed obstat doctrina Eximij nostri Doct. P. Suarez, tom. 1. in 3. part. disp. 27. sect. 2. S. sed occurrit secunda difficultas. Ubi inquit, quod Deus non loquitur per signa, aut verba ad placitum significantia, sed solùm per conceptus intellectuales naturaliter representantes.

Verumtamen si attentè legatur quod ipse edocet, perspicuum erit, solùm intendere, quod ad loquendum interius intellectui non indiget Deus liguis externis, aut verbis ad pla-

citum significantibus , disserit enim ibi de ob-
iecto scientiæ infusæ Animæ Christi Domini , &
de modo quo Deus potest causare in intellectu
creato evidentiam sui , ut testificantis , in quem
finem non indiget Deus externa locutione , po-
test enim producere in intellectu conceptus
mentales natura sua representantes , & hoc
modo afferit , revelasse Deum fidem Angelis ,
& fortassis etiam Adæ , & aliquibus Prophetis ;
ceterum non diffitetur , vel Adæ , vel Prophetis
loquutum esse Deum aliquando vocibus sensi-
bilibus , & ad placitum significantibus : videat-
tur P. Hurtadus de Mendoza *disp. 13. de fide*
scđt. 3. §. 68. ubi ferè in hunc sensum Eximium
Doctorem exponit , & P. Lincœus *lib. 1. de Theol.*
tract. 5. cap. 2.

5 Opponi etiam potest Auctoritas D.
Eucherij in *Libro de Effentia Divinitatis* , qui
habetur tom. 4. operum D. Augustini , cui com-
muniter attribuitur , ubi afferit , quod in locu-
tione Dei non est strepitus vocum : sensus tamen
est , quod non sit de necessitate .

6 Oppones præterea D. Augustinum
Lib. 2. de Trinitate , cap. 10. sic aientem : Cu-
jusmodi autem loqua tunc Deus exterioribus ho-
minum auribus infonaret , maximè ad primum ho-
minem loquens , & invenire , difficile est , & non
hoc isto sermone suscepimus . Respondeatur : His
verbis , non dubitare Divum Augustinum de

locutione Dei externa , & vocibus nobis ad pla-
citum significantibus , vel quod iuxta est , illis si-
milibus , sed de modo eam formandi locutionē ,
qui modus est explicatu difficilis , tamen de
effectu , & vocibus ipsis dici potest , quod que-
madmodum Deus ipsos intellectuales potest
producere , & infundere conceptus , sic queat
etiam voces ipsas causare .

7 Secundò potest Deus eloqui per
externam aliquam visionem , quo locutio-
nis genere Rubum ostensum fuisse Moy-
si , & Scripturam Danieli , docet Angelic. Doct.
D. Thomas , 2. 2. quest. 173. art. 3. idem conti-
git Abraham , quando vidit , & audivit Ange-
los , apud se in corporibus assumptis diversatos .
Gñes. 7. cap. 18. à vers. 1. Jacobo quando vidit ,
& audivit Angelum , cum quo luctabatur . Ge-
nes. cap. 32. à vers. 25. Balaamo , quando vidit , &
audivit Angelum stantem contra se , & evagina-
to gladio in via stantem . Numer. 22. vers. 31 .
Josue , quando vidit , & audivit Angelum stantem
contra se , & evaginatum gladium tenen-
tem . Josue , cap. 5. vers. 13. Manue , cuiusque uxori ,
quando viderunt , & audierunt Angelum , à
quo nasciturum sibi filium Samsonem didice-
runt , *Judic. cap. 13. à vers. 3.* & multis alijs Pro-
phetarum passim .

8 Quod verò de visu , & auditu dic-
tum est , potest etiam contingere in odoratu ,

gusto, & tangendi sensu evenire, ut cum ex novo quodam, & insolito odore, ex mira quodam cælestique dulcedine, ex suavi aliquo aura, rorisve appulsi divina hominibus præsentia innotescit: id quod in Sacra Scriptura rarus est; in historijs tamen Ecclesiasticis satis frequens.

9 Nihilominus D. Basilius in cap. 7. *Isaiæ*, non procul ab initio, *Evidem* (inquit) *arbitror*, *Prophetas non percepisse verbum Dei sensibili auditu per conformitatem aeris*; sed quando animæ intellectu predite, sue suppeditabant aures, quæ è supernis nuntiabantur, circa ullam corporis vocem, ad eorum pertingebant notitiam. Sic ille, cuius sentiam miratur P. Mendoza in 1. Regum cap. 3. num. 4. O^r margin. 21. At exponi potest de locutione divina frequentiori, seu de illa, quæ interna solùm mentis illustratione ad prophetandum permovebat; non enim inficiatur D. Basilius, D^ecum aliquando vocibus, & signis externis locutum esse Patribus, seu alijs de quibus suprà.

10 Tertiò loquitur Deus per impressionem, ordinationem ve imaginabilium formarum, quando ipsa phantasia primariò moveatur, sic evenit *Isaiæ*, ut ipsius cap. 6. vers. 1. pro eo ac docet D. Augustinus lib. contra *Admantum*, cap. 28. P. Cornelius ibidem. Etsi partim imaginariam, partim intellectualem visionem fuis-

De modo quo Deus, &c. Anteloq. 4. 23
fuisse existimet, sed primariò imaginariam censem. set P. Mendoza, lib. 1. Reg. cap. 3. num. 3. O^r marg. 18. consimilisque fuit apparitio facta Ezechie li, cap. 1. vers. 4. & Danieli, cap. 7. vers. 2. Quæ Dei locutio aliquando fiebat per modum lectionis, ut contigit Jeremie, qui non videre, nec audire, sed legere sibi videbatur, quod prophetabat, ut postea narravⁱ Baruch, eius Scriba: *Ex ore*, inquit, *suo loquebatur*, *quasi legens ad me omnes sermones istos*, Fer. 26. v. 18. Sive per modum loquutionis, iuxta illud Zachariae, cap. 2. vers. 3. qui modus frequens erat, ut legenti Prophetas planum erit.

11 Contingebat autem tam in vigilia, quam in somno, pro eo ac docet Angelicus Magister D. Thomas 2.2. quasi. 174. art. 3. ex illis verbis Dei ad Aaronom, & Mariam. Numerorum 12. vers. 6. Si quis fuerit inter vos Prophetæ Domini, in visione apparebo ei, vel per somnum loquar ad illum. In somno quippe apparuit Deus Abrahæ, Genes. 22. vers. 3. Isaac. Genes. 26. vers. 24. Jacob. Genes. 28. vers. 12. Gedeoni, *Judic.* cap. 6. vers. 25. Samueli, lib. 1. Reg. cap. 15. vers. 10. Salomonii, lib. 3. Reg. cap. 3. vers. 3. Danieli, Dan. cap. vers. 19. & s^ep^e alibi. In Vigilia autem difficilior est hec apparitio ut adnotat D. Thomas in loco nuper citato; cum difficilius sit hominem vigilarem, & circa sensibilia extera occupatum ad hanc imaginariam cognitio-

nem avocare ; quam dormientem , non est tam impossibilis , & aliquando in sacris literis consimilem apparitionem, reperiri intelligit Illusterrimus Abulensis , videlicet Paralip. 18. vers. 16. & 18. ubi Michæas ait, quod vidit universum Israel dispersum in montibus , & rursus Dominum sedentem in solio suo , & omnem exercitum cœli assidentem ei . Et de hoc genere potuerunt esse multæ aliae, quæ Prophetis narrantur contigisse.

11 Quartò per influxum luminis intelligibilis , ut Auctor est Angelicus Doctor, ubi iudicat. Quinto per Angelos ut Danielis cap. 10. vers. 11. & Zachariæ cap. 1. vers. 2. & Apocalypsi cap. 1. & sequentibus . An autem Deus humana specie , aut certè alia exteriori apparet, loquensque hominibus utrumque hoc fecerit semper per Angelum aliquem , aut multoties per se ipsum , controversum est inter Patres , quod non raro per se ipsum, docent uterque Clemens, Romanus, l. 5. conf. ultima; & Alexandrinus lib. 1. Stromat. Tertullianus lib. contra Iudeos , cap. 9. Chrysost. Hamil. 16. in Acta Apst. Theophilact. ibidem, D. Ambrosius ad Coll. ss. cap. 1. Leo Magnus Epist. 13. Eusebius in Demonstrationibus Evangelic. lib. 1. cap. 5. & lib. 5. cap. 10.

12 Quod vero semper per Angelos, tacentur D. Gregorius lib. 13. Moral. cap. 2. D. Hie-

Hieronym. ad Galatas , cap. 3. D. Cyrilus in 2. Epist. ad Thesal. cap. 8. Illustris. Tostatus in cap. 3. Exodi , & D. August. tom. 3. lib. 8. de Trinit. cap. 27. utraque sententia est valde probabilis, & utriusque rationes adducit P. Antonius Ferdinand. Visione 6. cap. 3. comment. 2. sent. 1.

13 Septimò tandem per se ipsum solum Deus loquitur menti; & sanè cum revelatione fit per alienationem à sensibus tum internis, tum etiam externis , ac per productionem cognitionis supernaturalis in intellectu Prophetæ, illapsumque quem vocant , profectò tunc non potest fieri ministerio alicuius creature, nec nisi à solo Deo , quippe cuius solius est, effectivè immutare intellectum , & voluntatem creaturæ rationalis , ijs utendo , ut docent Angelic. Doct. Div. Thomas in 2. sent. dist. 8. & ibidem, Doct. Seraphyc. D. Bonaventura , & communiter Theologi Antiqui , & Recentiores, præsertim P. Molina 1. part. quæst. 56. art. 2. §. Dicendum est. Doct. Exim. lib. 6. de Angel. cap. 16. num. 10. Plura de modis quibus Deus in Scriptura loquitus est, videre licebit apud Santim Pagninum in Isagoge lib. 6. cap. 54.

14 Nec verò solummodo revelavit, dictavitque Deus veritates contentas in Libris Sacris , sed & voluntatem eas scribendi his, qui scripsere , inspiravit , & non qualecumque sed supernaturalē ; id enim indicant , & verba

ba D. Petri 2. Epist. cap. 1. vers. Non humana voluntate allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines, & quæ ex Scholasticis habet Angelic. Magister S. Thom. 1. part. quest. 36. art. 1.

Cum igitur Sacra Scriptura Deum habeat præcipuum Authorem, ipsa est infallibilis regula fidei: id quod fide certum est: & probatur ex illo Joan. cap. 10. vers. 35. Si illos dixit Deus, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura, id est, non potest mendax, aut falsa inveniri, ut exposuit D. Hilarius lib. 4. de Trinitate: ad sententiasque communiter expositores, ibi: Si ergo Scriptura solvi non potest, regula est veritatis, & ideo ad illam solet Christus provocare, ut Joan. cap. 5. vers. 39. Scrutamini Scripturas. Et Apostol. 2. ad Timoth. cap. 3. vers. 16. inquit: Omnis scriptura divinitus inspirata, utilis est ad docendum, &c. Deinde expresse definitur hæc veritas in Concilio Tridentino Sess. 4. ex antiqua traditione Patrum: ex quibus videri potest D. Irenæus lib. 3. contra Heres cap. 1. & sequentibus. D. Hieronym. Epistola ad Paulin. de Authorit. Sacrar. Scriptur. Et D. August. Epist. 8. 9. & 14. ad Hieronymum, & lib. 2. de Baptism. cap. 2. & lib. 2. contra Cresconium, & cap. 31. lib. contra Faustum, cap. 5.

Tum quia Scriptura est Verbum Dei, adeoque necesse est, ut sit regula veritatis,

quia nulla est certior regula, quam Dei Authoritas, quæ in verbo eius continetur, & per illud applicatur, ut si sese ostendit D. August. ait. Epist. 19. ad Hieron. & lib. 11. contra Faustum, cap. 2. Denique si aliquod mendacium in Scriptura reperiri posset, tota eius Authoritas periret: in eamque veritatem addi possunt rationes credibilitatis præcipue ex Prophetijs, quæ videntur implete: tum concordia eorum quæ dicuntur, puritas, & sanctitas doctrinae, & alia quæ in hunc scopum à Patribus, & Theologis expenduntur.

ANTELOQUIVM V.

NON SOLVM SENSVM SED ETIAM
Verba Deus Prophetis inspiravit, & dictavit.

A

T enim tanta est Scripturæ divinitas, ut non tantū Prophetis revelaverit Deus res, quas scriberent, inspiravitque ut vellent scribere, sed etiam suggesterit verba ipsa, quibus scripsere: consequenterque per auxilium supernaturale, saltem actuale, & transiens eorum manus, ac mentem rexit, ut nec per negligenciam, oblivionem ve, aut aliter ullatenus errarent, ponendo aut unam rem etiam minimam pro alia, aut etiam verbum quodvis pro verbo. Patet autem hoc primo ex dignitate Scripturæ Sacrae, quæ secus minor esset. Secundo ex eius Auctoritate, alioquin titubatura, si nimirum verba eius aliqua, ut non dictata à Spiritu

ritu Sancto respuere possent hæretici.

2 Tertiò inclatescit ex eadem Sacra Pagina, nempè lib. 2. Reg. cap. 23. vers. 2. ibi: *Spiritus Domini locutus est per me* (id est per David) & sermo eius per lingnam meam: & Amos cap. cap. 3. vers. 1. *Audite verbum quod locutus est Dominus.* Et Exodi cap. 4. vers. 12. & 15. *Ego ero in ore tuo.* & Psalm. 44. vers. 1. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Lingua mea calamus scribē velociter scribentis. & ad Hebræos cap. 1. vers. 1. *Multifariam multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: novissimè, diebus ijsis locutus est nobis in filio:* vide alia in eundem scopum allata Anteloquo 1. num. 1. & Anteloq. 4. num. 1.

3 Sic communiter edocent Patres D. Gregorius in Praefatione ad libros Moralium. Ipse Spiritus Sanctus hec scripsit, qui hæc scribenda dictavit. Constat autem dictantis esse etiam verba sub ministrare. D. Ambros. in Proæm. D. Lucæ, ibi: *Evangeliste Divino Spiritu libertatem rerum, dictorumque omnium ministrante, sine ullo molimine cœpta compleverunt.* D. August. Concio 2. in Psalm. 90. ibi: *De Cicitate à qua peregrinamur Scriptæ nobis venere literæ.* D. Cyprianus Serm. de Operib. & Eleemos. ad initi. Loguitur in Scripturis Divinis Spiritus Sanctus. Sanct. Ephren. lib. de Patien. & consumat. seculi. ibi: *Sed si credis Deo crede,* & sermonibus ipsius,

Non solum sensum, &c. Anteloq. 5.

& dic ad malignum vade post me Sabbathum: ego enim novi quod eloquias Dei, eloquia casta sunt. sicut argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum, nihilque in ijs oblitum, vel tortuosum esse.

4 Quartò constat idem ex consensu Scholasticorum, sic enim docent Exim. Doct. P. Suarez tract. de fide, disp. 5. sect. 3. num. 4. P. Valentia tom. 3. quest. 1. princip. punct. 7. quest. 8. Mag. Cano lib. 2. de Locis cap. 18. & ib. 5. cap. 5. Basil. Legion. 1. part. variar. quest. 4. exppositiva, cap. 1. & alij frequenter, præcipue P. Azor Instit. Moral. lib. 8. c. 1. quest. 12. Sebastian Perez, Epic. Oxomensis, in Reg. Sacré Script. Reg. 1.

ANTELOQVIVM VI.

VLTERIOR SACRÆ SCRIPTURÆ DECLARATIO, & sensuum eius brevis descriptio.

1 **E**X prælibatis colligitur, Sacram Scripturam esse Divinam Doctrinam, quam Spiritu Sancto inspirante, atque dictante Autores Sacri literis mandaverunt, sic eam describit P. Valentia tom. 3. quest. 1. Principali, punct. 7. quest. 8. circa initium. haud dissimiliter Exim. Doct. P. Suarez tract. de fide disp. 5. sect. 3. num. 3. in hunc modum ait: *Etsi Scriptura instinctu Spiritus Sancti scripta, dic-*

30 Anteloq. ad faciliorem, &c.

tantis non tantum sensum, sed etiam verba. Divina Doctrina, seu scriptura ponitur loco generis; Traditiones quippe eti literis ab Authorimus humanis mandentur, non sunt Sacra Scriptura. Debet autem haec doctrina seu scriptura habere Deum authoren proprium ut docet Concil. Tridentinum Sess. 4. & probatum est Antel. 1. num. 1. & seqq. tum quia præcipue est de rebus divinis, ut ostendimus Antel. 2. per totum, & Antel. 3. tum quia obiectum formale ipsius est divina revelatio, ut ibidem scripturam autem sacram debere esse etiam quo ad verba ab Spiritu Santo, ut diximus Anteloq. 3. & num. 8. iterum firmari potest ex illo D. Luce; Sicut locutus est per os sanctorum, & ad Rom. cap. 3. vers. 3 credita sunt illis eloquia Dei, & vers. 6. Ut iustificeris in sermonibus tuis. Ex Psalm. 50. vers. 6. de quo dubitare non licet. Ex quo differt Divina Scriptura à definitionibus Generalium Conciliorum, & Summorum Pontificum Decretis in rebus fidei, & morum, quia etiam in eorum definitionibus, seu Dece eti Spiritus Sanctus dictat seum, & veritatem; nihilominus Sacra Scriptura non sunt, ut adnotat Exim. Doct. & P. Valentia ubi supra, eti P. Lorinus in 2. Epist. D. Petri, cap. 1. §. Accedit, pie doceat oppositum.

5 Sunt uero in Sacra Scriptura plures sensus etiam sub eadem litera, ut edocet D.

Vt erit Sacre Scripturæ, &c. Anteloq. 6. 31
Augustin. lib. I. Genes. ad Litteram, cap. 1. & lib. 1. de util. cred. cap. 3. & in lib. de Doct. Christ. D. Hieronym. Epist. 150. quest. 12. & alij, quorum sensuum divisio exponitur ab ipsis, & fusæ à P. Salmerono, Prolog. 7. & ita breviter tradi potest. Nam primò duplex est sensus, unus literalis, alter spiritualis, seu mysticus: Literalis est, quem immediate significant verba, & est duplex, unus proprius, quem verba continent in propria significatione, qui sensus retinendus est, nisi necessitas, vel Authoritas aliud de necessitate postulet: ut monet D. Aug. de Doct. Christ. cap. 5. & 15. & cum ipso communiter Sacri Expositores, ac Theologi. Metaphoricus alter, quem scilicet verba immediate habent in metaphorica significatione, ut cum Christus dicit: Ego sum ueritas vera.

6 Sensus autem Spiritualis est, qui continetur in re per verba significata, quia in divino sermone non tantum verba, sed etiam res significant: prima significatio vocum pertinet ad sensum literalem: secunda autem significatio, qua res significatae iterum res alias significant, est sensus spiritualis, & mysticus. Sic D. Thom. I. part. q. I. art. 10. hic sensus obscurior est ex se, & ideo ineficax, nisi aliunde dogmate, vel Authoritate confirmetur. Rursum hic sensus triplex assignatur à Theologis, nempè Tropologicus, seu moralis, qui refertur ad

mores, Anagocicus, qui refertur ad statum ætæ-
næ beatitudinis : & Allegoricus, qui refertur ad
mysteria Christi , vel Ecclesiæ Militantis. Et
prædicti sensus his versibus comprehenduntur.

Littera gesta docet, quid credas, Allegoria.

Moralis, quid agas : quo tendas, Anagogia.

Plura quæ hic desiderantur in sequentibus Vo-
luminibus, Auspice Deo, tra-
dentur.



SACRA CHRONOLOGICA DISSERTATIO PRIMA.

*De Annis à mundi creatione usque ad
Abraha ortum , in qua Vulgata
propugnatur editio;*
*Eiusque cum Lectione septuaginta Interpretatione
recens excoxitata concordia
refellitur.*

Quoniam Dissertationis nostræ princeps difficultas inde emergit, quod editiones Vulgata , & Septuaginta Seniorum , quoad chronologiam , in prima , & secunda Mundi ætate valde dissident , operæ pretium duxi, non nulla præmittere ad vtriusque editionis autoritatem ostendendam, stabilendamque ; & primò de editione Septuaginta , vt potè antiquiori , agam.

SECTIO PRIMA.

Septuaginta Interpretum versionis originem exponit.



GITUR Ptolemaëtim Philadelphum circa annum mudi 3775. & ipsius Philadelphi regni octavum , vt infra ostendā juxta eruditissimi Patris Saliani calculos, cupido cepit , libros Pentateuchi , nec eos solos , quemadmodum aliqui minus recte existimant , sed & reliquos veteris Testamenti,

Cronolog. dissert. prima

2 græcos facere, vt jis ornaret Bibliothecam, quam Alexandriæ struxerat, de cuius in genti librorum numero non vna Antiquorum descriptio ostenditur apud prælaudatum P. Salianum, *dicto anno Mundi 3775.* numero 27. & 28. ajentibus Josepho lib. 12. capite 2. & Eusebio in *Chroni.* vltra viginti librorum myriades in ea extitisse. D. Iidorus vero septuaginta millia librorum fuisse ait, alijs aliter sentientibus.

2 Missi ergo ab Eleazaro, Judeorum Pontificè Summo, ad Phyladelphum, id per oratores suos eslagitatem, septuaginta duo Judei, seni ex tribubus singulis, annis & peritia legis & linguae Hebraicæ, atque græcæ sciætia venerandi: quamvis autem tot fuerint, brevitatis & rotunditatis gratia, septuaginta solum numerantur, ad eum modum, quo qui inter Romanos dicebantur centum viri, erant tamen centum & quinque. *Festus.* v. centuvir.

3 Porro, sive in vrbe ipsa Alexandrina, sive in Insula Pharo, ei vicina, vt Sanctus Justinus Martyr, Divus Cyrilus Hyerosolimitanus Catechesi 4. D. Epiphanius *libro de ponderibus, & mensuris,* & alijs asserunt, diebus 72. Regis votis fecerunt satis, versionemque totam absolverunt, tempore supra dicto, & anno ante Christum natum 278. ex ejusdem Saliani placito, aut anno 301. vt habet

præ-

Sept. Interp. vers. orig. exp. Sect. 1. 3
præfatio Romana in versionem grecam septuaginta; & profectò juxta omnes, haud ita diu ante Christi nativitatem, vt scilicet ejus fides, ope linguae græcae, quæ tunc longè, latèque patebat inter gentes, posset his facilius ex veterum Prophetarum testimonij suaderi.

4 Existimant autem Sanctus Hieronymus in *prefatione ad Pentateuchum,* Masius in *prefatione ad Josue,* Card. Bellarminus tom. 1. *Controversia* 1. lib. 2. cap. 6. Titelmanus in *prologo de versionibus,* & Scaliger in *Eusebij animadversionibus,* Seniores illos in uno eodemque Palatio coniunctos, ac inter se conferentes transtulisse; quodsi ita se res habuit, miraculum re vera fuit, quod tot homines simul conferendo tam brevi tempore potuerint convenire in singulis sententijs transferre: Vbi enim eit multitudo, diversitas judiciorum evitari non potest, & naturaliter, vel nunquam convenient, vel non nisi post longas disceptationes, vt his ipsis verbis ait Bellarminus, vbi suprà.

5 At magis probabile videtur, non à Senioribus in vnum locum congregatis, invicemque conferentibus, eam versionem simul factam esse, sed longè mirabilius, ac per summum in ea facienda consensum, sine vlla sententijs circa eam prævia communica-

A 2

tio-

tione , pro eo ac sentiunt , excepto Divo Hieronymo , omnes Antiqui Scriptores , & ex Recentioribus plerique , ac præsertim Sixtus Senensis in *Bibliotheca lib. 4.* Leo Castrius in *disputatione præfixa commentarijs Isaia cap. 35.* Galatinus *lib de Arcanis, capite 3.* Serarius in *prologomenis biblicis capite 12. questione 10.* P. Salmeron *Prælogomeno 5.* P. Bonfrerius tomo 1. in *Pentateuchum capite 16. præloquiorum, Sectione 3.* P. Richardus Lincæus *lib. 1. de Theol. tractatu 2. cap. 3. numer. 21.*

6 Quare aut singuli in singulis cellulis existentes , quot ipsi & cellulæ fuerunt , totidem versiones separatim fecere , idest 72. & in hac opinione sunt D. Augustinus *lib. 18. de Civitate Dei capite 42.* & *libro 2. de Doctrina Christiana cap. 15.* D. Irenæus *libro 3. cap. 25.* D. Cyril. *Catechesi 4.* D. Isidorus *lib. 1. de Dicinis Oficijs cap. 12.* Phylastrius , heresi 90. Tertullianus , *apolog. cap. 28.* Clemens Alexandrinus , *libro 1. Stromatum , Neotericique* suprà citati , necnon paſſim Rabini.

7 Aut in Singulis cellulis bini existentes triginta sex versiones seorsim fecere , ut malunt Epiphanius *de ponderibus , & mensuris,* & ex eo Imperator Justinianus *Novella constitutione 146.* Ut liceat Hebreis *cap. 1. vbi Gothofredus , litera N.* & O. Sivè autem versiones illæ sint divisi factæ priori modo , sive

Sept. Interp. vers. orig. exp. Sect. 1. 5
potius posteriori , id convenit inter Authores secundæ , & communioris sententiax , omnes eas adeo conformes evasisse , non tantum quoad sensum , sed quoad verba ipsa , vt non plures , sed vna tantum , vniuersque Authoris esse videretur ; hoc autem miraculum maximum profectò fuit , ideoque dies festus quot annis in ejus memoriam , versionisque , eo interveniente , factæ honorem , institutus est à Judæis , vt ex Phylone adnotat Pater Salianus anno Mundi 3775. numer. 92.

8 Sunt etiam , qui existiment , septuaginta Seniores in ea versione cum textu Hebræo etiam quoad verba omnia consensisse , ita Phylo , Aristæus , & Bellarminus suprà citati . Contra verò eos aliquibus in locis quoad sensu duntaxat , non penes verba cōsensisse cū extu Hebræo , tueruntur Augustinus , Ambrosius , Phylastrius , Masius , Baronius , & Salmeron , quos refert , ac sequitur P. Serarius in *Prologomenis citato capite 17. questione 23.*

SECTIO SECUNDA.

Editionis septuaginta Authoritatem dilucidat.

1 **E**x dictis cōficitur , negari non posse , authoritatē hujuscē primevæ , & incorruptæ versionis esse maximam , & ad firmissimè arguendum sufficientem , eam quippè versionem citavit Christus Dominus , *Lucæ capite 4. versu 17. ex*

6 Chronolog.dissert.prima

Isaia cap. 61. versu 1. ibi : *Spiritus Domini super me, &c. Et consimiliter Apostoli, vt adnotat Divus Augustinus lib. 15. de Civitate Dei, capite 14. & libro 18. capite 44. ego(ait) pro meo modulo vestigia sequor Apostolorum, quia ipsi ex utrisque, id est ex Hebreo textu & versione Septuaginta testimonia prophetica possuerunt, utraque auctoritate vtendum putavi, quoniam utraque una atque divina est, exemplum vero citata ex Septuaginta Scripturæ ab Apostolis extat Math. 1. versu 23. Ecce virgo concipiet ; Isaie 17. versu 14. Rurus Romanorum 9. versu 29. Nisi Dominus Sabaoth, reliquisset nobis Semen. ex Isaie 1. versu 9.*

2 Eandem etiam versioner., cum ad Judeos scriberent, secuti sunt Judæi omnes, qui græcè scripsere aliquid, vt Josephus, & Phylo, prout notavit Pater Serarius in *Prologomenis biblicis*, capite 17. quæstiuncula 27. Immò eam versionem, vel simul cum Hebreo textu jam permanantem, & post Christum Dominum in suis per Asiam minorem, Græciam, & Ægyptum Synagogis legebant Judei, vt existimat Scaliger, vel eam cum Hebraico textu conjungebant, quemadmodum Justiniani Imperatoris ostendit *Novella constitutio* 146. quin vero eandem plurimis, & maximis extulere laudibus, veterum Rabini-

Sept. Interp. vers. Authorit. dilucid. Sect. 2. 7
norum plures, tanquam ea esset decus, & gloria Israëlis à Deo instituta : immò esset oculus dexter Israëlis, vt loquitur Rabi Azarias lib. 3. cap. 8. folio 49.

3 Tandem Ecclesia Christiana jam inde ab Apostolorum temporibus eam recepit, transstulit, ac legit in Ecclesijs, uti demonstrant Justinus, Tertullianus, Nicetas in Psalmos, Divus Augustinus de Civitate Dei, libro 18. c. 43. Divus Hieronymus, p̄fatione 1. in *Paralipomenon*, Justinianus Imperator, constitutione citata ; hinc toties & tam diligenter olim correcta, & vocata communis, & vulgata,

4 Et quidem licet Septuaginta Seniores haud prædixissent futura, & sic non fuerint vates, & Prophetæ strictissimè, sicut fuerunt Isaias, Ezechiel, & alij, at alia ratione vera Prophetæ fuerunt : nempe quia, vt ne in transferendis sacris voluminibus errarent, aut possent, specialiter illustravit eos Spiritus Sanctus, eoqne charismate, & auxilio supernaturali prævenit, quod *prima corinthiorum*, cap. 12. versu 10. vocatur *interpretatio Sermonum* : Illosque sic prophetasse interpretando, interpretatosque esse prophetando, censent Divus Ambrosius libro 3. *Exameron*, capite 5. Sanctus Julianus Toletanus lib. 3. contra Judeos, Sanctus Augustinus, ques-

tione 19. in Josue , & alibi sāpē , Rufinus libro 2. Invectiūe. Cassiodorus, de divinis lectiōnibus , & non tantum hi, aliquę antiqui, sed passim etiam Recentiores, vt Salmeron, Leo Castrius, Serarius , & Alij suprā laudati , & ex ipsiſmet hæreticis Conradus Pellicanus in p̄fatione ad Bibliam suam.

SECTIO TERTIA.

*Editionis Septuaginta conſecta tempus dif-
quirit.*

DE tēpore, quo hēc sacrōrum voluminū interpretatio à Septuaginta duobus Judæis facta fuerit , aliquot repe-
rire est dissidentes sententias. Prima est D. Irenæi lib. 3. cap. 25. qui memorat Ptolemaeum Lagidem fuisse Imperatorem , qui Jero-
solymis interpretes Alexandriam evocarit: concinit Theodoreus , apud Eugubinum de Editione vulgata , & Leo Castrius in dis-
put. de traslat. Sacra Script. cap. 11. p. 22.
Edit. Salmant. inquiens : Prima hēc transla-
tio facta est ante trecentesimum primum an-
num ante adventum cum carne ad nos Dei verbi , & D. Nostri Jesu-Christi. Quę chro-
nologia requirit annum Ptolemaei Lagidæ vigesimo tertio priorem: quoniam annus ante Christum Dominum trecentesimus primus reccurrerit cum vigesimo tertio anno Ptole-
mēi Lagidę , vt optimè observat P. Jacobus Sal-

Salianus tom. 5. Annalium, anno Mundi. 3752.
num. 1. & rursus anno Mundi 3775. n. 16.

2 Secunda sententia est Clementis Alexan-
drini lib. 1. Stromatum pag. 250. gr̄ec. lati. Qui Irenę ferē adsentiens translationem istam ad tempues refert Ptolemei Lagi filij , seu Lagidis , vel ad Ptolemei Philadelphi, cum maximam ad eam rem cōtulisset diligen-
tiā Demetrius Phalareus. Tertia sit Anatolij in Canonibus Paschalibus, apud Eusebium in Historia Ecclesiastica lib. 7. c. 26. qui vtri-
que Principi id attribuit , significans rem à patre susceptam , à filio perfectam fuisse. Accedit quoque P. Mariana in op̄sc. pro edi-
tione vulgata , cap. 2. vbi inquit , à Septua-
ginta duobus divinos libros gr̄ecē interpre-
tatos, trecentis amplius annis ante Christi or-
tum , jussu Ptolemei Philadelphi Regis Egypti , vbi Theodoreto subscriptissē vide-
tur ; cum tamen trecenti anni ante Christum cum Philadelpho concurrere nequeant,
vt pr̄libatum est.

3 Quarta sententia est Justini Martyris,
ajentis Ptolemaeum ad Herodem, tunc in Ju-
deę regnante, misissę hujus interpretatio-
nis causa ; quamobrem aliqui in ea fuerunt
sententia, vt existimaverint, novam translatio-
nenē tempore ultimi Ptolemei fuisse factam ,
nec omnino ab hac sententia dissidet P. Ma-
ria-

riana; præsertim cum Justinus idem in cōboratione ad Gr̄eos ejus quę à Septuaginta facta est, copiōsē meminerit. Ceterum erratum hic irrep̄isse, vel memorię interfuisse lapsū observant Perionus, in eundem Iustini locam, & P. Salianus, anno Mundi 3775. n. 18. Scaliger, & sectarij plures, & Langus & Sylburgus.

4 Quinta sententia, eaque apud antiquos, recentioresque receptissima, studio & ius-
su Ptolemei Phyladelphi harc interpretationem fuisse peradīam edocet, sed quoad
chronologiam ijdem dissident, aliqui enim
principio Regni ejus mirificum hoc opus
tribuunt, prime vel decadi, alijs secundæ, aut
tertiæ, nonnullique denique fini, postremis-
ve annis, Regnavit quippè Phyladelphus an-
nis quadraginta, vt frequens fert sententia,
obijtque Olympiadis 133. anno secundo, vt
cum Euseb̄io omnes fatentur: cum cepisset
regnare Olympiadis 123. anno secundo, de-
cē verò Olympiades quadraginta redant an-
nos: quam temporis rationem tum ex Olym-
piadum chronologia, tum ex Nabonassaris
Era evincit optime P. Salianus anno mundi
3768. num. 4. & 5.

5 Eusebius igitur in chronicō, anno tertio
Phyladelphi hanc adscribit historiam, in ea-
demque fuisse sententia videtur Anatolius

Sept. Interp. vers. tempus disq. Sect. 3. 11
in Canonibus Paschalibus apud Eusebium. Fa-
vet Cardinalis Baronius tom. 2. an. anno Christi
321. num. 17. dicens editam hanc transla-
tionem 280. annis ante Christi adventum:
Iosepus quoque lib. 12. cap. 2. & Aristaeus,
ajentes Phyladelphum cum primū adeptus
est principatum, liberasse Judeos captivita-
te, idque eo fine, vt libros sacros, & eorum
fides interpres facilius impetraret.

6 Epiphanius lib. de Ponder. & mens. n.
12. id anno septimo Philadelphi consignat,
sicut & Leo Castrus in disp. de translationi-
bus Sacré Scrip. cap. 11. p. 11. vbi ad nota ali-
quos Epiphanium referre, pro anno 17. Phi-
ladelphi; ceterum id ex corrupta lectione
contigisse existimat P. Salianus, an. mun. 3775.
n. 21. in aliquo autem sensu posse id sustineri
colligitur ex P. Petavio in notis ad S. Epipha-
nium si decē illi anni detrahantur
Cleopatrę, cui Epiphanius tribuit regni an-
nos triginta duos, cum tamen Eusebius &
cateri chronologi vigintiduos annos adsu-
mum Cleopatrę concedant.

7 Aristaeus autem, & Josephus lib.
12. cap. 2. quibus adhāret, Freculphus, t.
1. l. 5. c. 1. ajunt, eodem die Septuaginta
Alexandriam ad Regem pervenisse, quo is na-
vali prēlio Antigonum vicerat: id quod 18.
hujus principis anno contingisse, existimant,
nem-

nempè Olympiad. 127. anno 4. apud Salianum mīdi 3785. Sigenius tamen in lib. de Temp. Athen. in annum 3. Olymp. 129. qui est Philadelphia 25. referre videtur.

8 Ludovicus Vives in notis ad D. August. lib. 18. de Civ. Dei cap. 42. Huic negotio operam dedisse purat Philadelphum, cum jam aetate maturior morbis affictaretur, & procul à bellis esse cogeretur: idē sentit Torriellus an. 352. sextę Ætatis, sub annum 56. Regni Gr̄corum. Petrus Galatinus lib. I. c. 3. de Arcanis, qui putat anno circiter 250. ante Christi nativitatem, hanc peractam editionem: adstipulatur Scaliger in not. Euf. an. 1734. qui effectam fuisse ait Olympiade 137. & Philadelphi anno 35. aut etiam vltiore. Tandem P. Salianus an. m. 3775. n. 23. censet, anno septimo Philadelphi ab soluto, vel incunte octavo, confectam esse translationem istam: anno videlicet mundi 3775. sextę Ætatis 259. Regni Gr̄corum 35. Antiochi Soteris Asiae Regis 2. Eleazari Pontificis Judæorum 10. Ptolemai Phyladelphi 8. Olympiadis 125. an. 2. Vrbis conditæ 774. & ante ortum Christi 278.

SECTIO QUARTA.

Objectiones elevat.

I **O**pponat quispiā D. Hieronymū ad Desideriū Epistola, quæ est præfatio in

, in Petateuchum vbi: Nescio quis, (inquit) primus Author septuaginta cellulas Alexâdriæ, mendacio suo struxerit, quibus divisi eā, dē scriptitarint, cū Aristæus, & Josephus nil, tale retulerint, sed in vna Basilica cōgregatos contulisse, scribāt, nō prophetasse. Sic, Hyeronimus, qui vtrūq; scriptorē sane fidelter retulit.

2 Id tamen ab assertis discedere, non cogit, nam Divitis Hieronymus, cum Scripturas Sacras ex Hebræis fōtibus fidelissimè vertisset, multosque haberet adversarios, qui versionem à septuaginta viris factam summa veneratione complectebantur, quasi divinitus editam, quæ tamen nova hac interpretatione antiquari, atque sugillari videbatur, idem nihilominus tam erratorum, quæ in illam interpretationem postea irrepererant conscius, quam diligentie, ac fidei suæ in sacris codicibus ex Hebreo interpretandis, vt erat animo acer incaluit, vt Pater Salianus inquit, eamque interpretationem non raro stilo aculeato perstrinxit, non propterea quid in illa peccaverint vspiam ipsi septuaginta Seniores, sed quia post multa secula ab his, qui eam legere, ac transcripsere, depravata est, ita se explicat ipse Doctor maximus in Ezechielis, capite 5. nec tantum ibi, sed etiam in præfatione ad Isaiam libro 51. & in Apologia contra Rufinum, & in præfatione in Paralipo-

menon præfatae versionis authoritatem persicuè concedit.

3 Quod attinet ad Aristhēam, facilè credi potest, iudicio Patris Saliani anno Mundi 3775. numer. 92. ejus historiam in hac parte esse diminutam ab impijs Judais, qui huic versioni septuaginta Seniorum, per quam in disputationibus quotidie confodiebantur, quām infensi erant: nec eam tanto miraculo comprobari, ferre poterant: & quis credat profano libro præpercisse, qui sacris codicibus profanas manus, toties mutando, addendo, detrahendo, Origene, & Justino teste intulissent? De Josepho, quem etiam parum favisse Christianis, satis docet Castrius, quippe cui solenine sit, vt copiosè probat Leo Castrius *indisputatione de translatione*, miracula vel disimulare, vel extenuare, nequid probabile minus profanis auribus attulisse videretur.

4 Præterea negativum hoc argumentum minimè potest esse efficax, quando tot Patres, & clásici Doctores antiqui, & neoterici assertionem nostram stabiliunt, & propugnant: nec reticendum, novatoribus hæreticis arridere, in conficienda editione septuaginta, id miraculi infiteri, vt ideo magis illud fateri nobis placeat.

5 Oppones 2. dato, quòd ea editio Sep-

tua-

tuaginta Seniorum non fuisset initio vitiosa, tamen ejus exemplaria archetypa perierunt tempore, sive Julij Cæsaris, cum eo Alexandriam occupate, incensum Serapeum; vt docet Lipsius in libro de bibliotecis capite 2. sive Diocletiani Imperatoris, vt malunt Baronius tom. 2. sive potius Theodosij Senioris, quando, vt refert Rufinus libro 1. cap. 3. eversum fuit à Christianis Templū Serapidis: propter id ergo ad summum potuit ea editio quondam esse ab erroribus libera, adeoque & authentica, non verò nunc, cum nunc illa non extet. Quod verò spectat ad ejus exemplaria ectypa, negari non potest, quin ea, quæ adhuc habemus, sint passim corrupta, & sic aut nihil, aut certe non multum valebit argumentum his innitens.

6 Respondeo, exemplaria archetypa, seu prima versionis Septuaginta vtique perijisse, & quæ extant ectypa sive ex prioribus transcripta, aliquando esse corruptashinc tamē nō fit, quod ea nō sit authentica, tum ratione primæ versionis, tum in presentiarum, vt inadæquate sumpta, & in quo citatur ab Apostolis, & Patribus, ac penes omne id, quod in ea non esse corruptum constat, præsertim ex conformitate ejus cum vulgata, vel aliunde.

7 Porrò inter alias hujuscce septuaginta Seniorum versionis editions illa maximè pre-

preferenda venit, quæ edita est Romæ anno 1587. ex antiquissimo Bibliothecæ Vaticanae manuscripto exemplari, & edita studio Cardinalis Antonij Carrafæ, Apostolici bibliothecarij, inchoata mādato Gregorij Decimi, perfecta, & commendata Sixti quinti auctoritate, cæterum editionem hanc licet valde egregiam, multoque correctiorē, ac priorem his græcis Bibliorum exemplaribus, quæ hisce aliquot seculis extiterunt, & quæ in Basiliensibus editionibus sunt, itemque in Complutensibus & regijs, nōdūm tamen esse omnino puram, & incorruptam aferit, & probat Pater Serarius in Prologomenis Bibliacis capite 17. quæstiuncula 21.

8 Id verò minimè prætermittendum, quod editionem Septuaginta valde commendat, videlicet ex sententia, quæ paſsim viget, vt ad notat Pater Lorinus, *præfatione in Psalmos capite 13.* Psalterium, quo vtitur omnis ferre Ecclesia, maximè post Breviarium à Pio Quinto emendatum, quodque in textu Bibliorum, item à Sixto Quinto, & Clemente Octavo emendatorum, infertum est, esse ex editione Interpretum Septuaginta græca, & de latina idem videtur; bonaq; Genebrardus coniectura notavit in præfatione in Psalmos, in hac parte, hanc editionem, plusquam cæterarum scripturarum puram con-

servatam, ob frequentiorem vsum Psalmorum, apud omnes

9 Opponat tertio cum Scaligero: tempore hujuscem confectæ editionis, duodecim Israëlitarum Tribus non extabant: falso igitur est, quod Septuaginta duo Interpretes ex singulis Tribubus electi fuerint. Antecedēs probatur, quoniam decem Tribus, quæ à tempore Roboam dīscissæ fuerunt à Domo David, & constituerunt sibi Regem Jeroboā, deincepsq; servierūt successoribus ipsius, nūcupatis Regibus Israël, vt liquet lib. 3. Reg. cap. 11. & 12. hæ inquam Israëlitarum decem Tribus in Median deportatae fuerunt, & in Assyriorū captivitatem abductæ cum Rege suo Osee, anno regni sui nono, & Ezechię regis Juda anno 6. idque potentia, ac viribus Salmanasatis Assyriorum Regis, vt cernere est lib. 4. Reg. cap. 17. v. 6. & cap. 18. v. 9. ibi: Anno quarto Regis Ezechiae (scilicet Judeæ Regis,) qui erat annus septimus Osee, filij Ela Regis Israël, ascendit Salmanasar Rex Assyriorum in Samariam, & oppugnavit eam, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiae, id est nono anno Osee regis Israël, capta est Samaria: & transtulit Rex Assyriorum Israël in Assyrios, collocavitque eos in Hala & in Habor fluvijs Gozan in civitatibus Medorum: quia non audiebant vocem Domini Dei sui. Tantum igitur

sub regibus Juda remanserant Tribus Juda, & Benjamin. 3. Reg. c. 12. v. 11. Licet enim eodem cap. v. 20. dicatur: *Nec secutus est quisquam domum David præter tribum Iuda solam*: non excluditur tamen Benjamin, sed cum essent valde conjunctæ, & eundem perpetuò Regem habuissent, pro vna reputabantur: ita Card. Hugo, & Jacob. Salian. an. mundi 1314. num. 5: conficitur ergo, solas duas Tribus apud Judæos ramansisse, tempore quo facta fuit editio à Septuaginta Interpretibus, Eleazari quidem Pontificis Judæorum anno decimo, & ab Orbe condito 3775. cum decem Tribuum captivitas evenierit anno mundi 3314. juxta P. Saliani exactam Chronologiam: ergo nec Eleazarus Pôtifex potuit ex duodecim Tribubus Interpretes deligere, & ad Ptolemaeum Philedelphum eos mitere.

10 Respondeo cum P. Gretsero, & Salliano, alias Tribus integras non fuuisse tunc præter Judam, & Benjamin; fuisse tamen ex omnibus alijs Tribubus quosdam tribules, & reliquias, partim in Iuda, & Benjamin, partim in antiquis sedibus & domicilijs. Neque enim omnes ad unum ex decem alijs Tribubus tempore Ezechiæ translati sunt, praesertim si quæ traduntur lib. 2. Paralip. cap. 30. & 31. post abductos in Mediâ Israëlitæ, conti-

ge-

gerunt, vt existimant Cajetanus eo Loci, & Torniellus anno 263. quintæ Ætatis. Tum quia Bethulia post decem Tribuum deportationem Vrbs erat celebris, & populosa in Tribu Zabulon. Quin etiam ipso Christi tempore, totam Galileam fuisse incolis frequentissimam, ex Evangelij apertum est; qua tamen ad Tribum Issachar, Zabulon, & Nephtalim pertinebat, vt ex Tabulis Adrichomij patet: D. Jacobus duodecim dispersis Tribus Epistolam suam scripsit.

11 Sed replicabis ex eodem Scaliger. Tribus confusaæ erant, cum legamus in Evangelio, Annam, filiam Phanuel de Tribu Afer, mansisse Jerosolymis, nusquam recedentem de Templo. Respondeo, Judæos etiæ permixtos quoad habitationem, tamen agnovisse optimè ad quam quisque Tribum pertinere, idque à patribus per manus didicisse.

12 Opponat quarto cum eodem Scaligero: Quomodo Summus Pontifex Eleazarus istos septuaginta duos interpretes ad manum habere potuit, vt petenti Regi statim suppeditaret. Respondetur, non constare tempus, aut spatium à Rege Pontifici definitum; rem ita Aristæas refert: Eliguntur (inquit) viri optimi, & doctrina præstantes, omnes claris parentibus orti, non Judaicarum tantum literarum eruditione excellentes, sed qui Gra-

,cam quoque linguam multa meditatione excoluerint. Quapropter ad legationes cōmodi semper , paratique aderant : munus hujusmodi , si quando res postulat, ipsi obeunt ; Conciones etenim , & responsa de lege mira facilitate peragunt , & ad dicendum, & ad judicandum prompti. Sic ille. Et quamvis ab Urbe plures , aut etiam omnes abfuerint , quod dici non debet , facile fuit , ad edictum Pontificis convocari Hierosolymis peritos quoisque ex quacumque Tribu, & ex singulis eligi peritissimos. Insuper D. Hilarius in *Ps. 2.* ait : hos interpretes fuisse eos, qui juxta Moysis præscriptum numer. 12. v. 16. instituebantur , & ad manum erant Pontifici in ijs maximè difficultatibus , quæ ad legem pertinebant.

13 Hic verò notandum primò existimasse Josephum , cui assentiuntur Philo lib. 2. de vita Mosis , D.Hieronymus , *Pref. question. in Genes. & in Ezechiel. cap. 2. & cap. 2. in Michæam*, ac P. Mariana in *relect. pro edit. vulgata* , à Septuaginta Interpretibus solū libros Moysis , qui nomine legis præcipue intelliguntur , in græcam linguam, seu characteres græcos fuisse conversos : qui libri Pentateuchum nuncupantur. Coeterum Communis Sanctorū Patrum sententia docet, Vetus testamentum à Septuaginta Interpretibus exHebræo

bræo in Græcum translatum : & vel ex ipso D. Hieronymo constat, Christum Dominum, Apostolos , & Evangelistas Vetus testamentum juxta Septuaginta interpretationem citare; & ipsi identidē Psalmos, & Prophetas afferunt : adeoque D.Hieronymus in prima sententia non perstitit.

14 Secundò notandum , Aristei librum Septuaginta interpretationem fusè describentem , supposititum existimari à Ludovico Vives in *notis ad lib. 18. D. Aug. de Civitate Dei* , cap. 42. quem secutus est Leo Castrius in *disp. de translat. cap. 35. P. Salmeron. tom. 1. Prologom. 6. p. 64.* Scaliger in *Eusebij Chroni*, p. 123.

15 Contrariam sententiam tuetur Cardin. Bellarminus , lib. 2. de Verbo Dei , cap. 6. Gretserus in *eundem locum*. Perionus in *Fustini Paranesim ad Gentes.* & communiter alij quibus adstipulatur P. Salian.an.mun. 3775. num. 53. & seqq. eruditè edocens, Germanum esse librum Aristæi.

SECTIO V.

Vulgatae editionis autoritatem ostendit.

1. Q uoad editionem vulgatam dubitari non potest , illam authenticam esse, quippè id declaravit Sancta Ecclesia in Concilio Tridentino , Sessione 4. his verbis : *In super eadem Sacro-*

Sancta Synodus considerans, non parum utilitatis accedere posse Ecclesiae Dei, si ex omnibus latinis editionibus, quæ circumferuntur Sacrorum librorum, quænam pro authentica habenda sit innotescat, statuit, & declarat, ut hæc ipsa vetus, & vulgata editio, quæ longo tot seculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, predicationibus, & expositionibus pro authentica habeatur, & ut nemo illam reiçere quovis praetextu audeat, vel presumat. Haec tenus Sacro-Sæcta Synodus.

2 Hujus autem editionis Author fuit Divus Hieronymus; dubitationis tamen est, an ipse Sanctus Doctor fuerit non solum Interpretis, sed etiam Propheta? Eumque Interpretem solum, non vero fuisse Prophetam, sententia est Basiliij Legionensis 1. parte variarum, questione 4. expositiva, capite 9. Luiſij Legionensis in disputatione de vulgata editione, questione 1. articulo 3. dubio 4. Sebastiani Perez Episcopi Oxomensis in regulis Sacre Scripturæ regula 4. Cardinalis Bellarmini, tom. 1. controversia 2. libro 2. capite 11. Mag. Lorca de Locis, disputatione 7. num. 5. Driedonis, lib. 2. propositione 3. & 4. Andradæ lib. 255. Vega lib. 15. capite 9.

3 At probabilissimum est, quod Sanctus Hieronymus fuerit ad eam translationem faciendam, perficiendamque supernaturaliter

ter à Deo adjutus, ac propheticō lumine, gratiaque illa, quæ dici solet Interpretatio sermonum, preventus, ita Pater Salmeron, prologomeno 3. observatione 5. Pradus in Ezechielis Isagog. cap. 3. Melchior Canus lib. 2. cap. 14. ad argumenta sextæ oppositionis, Tielmanus in Apologia pro veteri interpretatione, Gretserus lib. 2. cap. 10. & cap. 11. probabileque putat P. Serarius cap. 19. quæstioncula 8. Gravina, Catholicorum præscriptorum tomo 2. lib. 4. controversia 10. generali, & 1. speciali: articulo 3. id quod vel ex eo probatur, quod Ecclesia Latina est totius Christianæ Ecclesiæ nobilissima pars, ac propterea eam decuit habere Interpretem Scripturarum latinum, qui non humanis tantum præsidijs omnibus, sed & divino interpretationis munere instructus esset, cum aliunde Ecclesia græca habuerit ipsos Septuaginta, quos suprà Prophetas vidimus.

4 Nec obest, quod ipse maximus Doctor de translatione sua loquens, Ezechielis capite 40. dixerit: *suspicionem nostram indicantes;* id enim solum probat, eum ignorasse spiritum propheticum interpretandi, quo à Deo donatus est, haud tamen, quod illo revera caruerit. Nec 2. obest quod nonnulla cum male ipse vertisset, postea mutaverit, id enim haud evincit, quod Spiritus Sanctus

24 Chronolog. dissert. prima
ei specialiter non adfuerit , pro consumanda ,
& perficienda translatione , prēterquam
quod errores hi , quos de se testatur , fuerint
leves , aut certè non magni momenti .

5 Nec 3. officit , quod non agnoverit Divus Hieronymus vt authenticos libros Tobiae , Sapientiae , Ecclesiastici , Machabaeorum , & aliquando etiam Judith à Canone expunxerit , vt cernere est in Prologo Galeato , & in Prologo Proverbiorum , cum tamen p̄fatos libros Canonicos esse , de fide sit ex Tridentina Synodo Sessione 4. non inquam , id obstat ; stat quippe , aliquid latuisse Hieronymum in designando Canone integro Sacrorum librorum , & tamen adfuisse ipsi Spiritum Sanctum in translatione , & perfectione totius vulgatae .

6 Tandem non obest , quod in hujusmodi versione Sacrorum librorum negent , eum propheticō lumine illustratum , nec nisi Interpretēt agnoscant Sanctus Augustinus Epistola ad ipsum 19. & Epistola 10. contra faustum cap. 5. Sanctus Eucherius in 4. Regum . capite 26. pagina 279. Sanctus Ambrosius in lib. de Spiritu Sancto , capite 6. quoniam quemadmodum Spiritus interpretandi Hieronymum ipsum latuit , ita latere potuit Augustinum , & alios objectos Patres ; sed cum posse hanc Hieronymi translationem Ecclesia

Vulgatē editionis , Aut . Sect . 5. 25
probaverit , ingens ex eo conficitur argumentum , non nisi ex supernaturali dono a Divo Hieronymo confectam , perfectamque .

7 Si autem inquiras , vtrum Editio Vulgata ex ipsis Interpretis ignoratione , aut incuria quoad yllum verbum falsa sit , sed potius erroribus , non tantum gravibus , pertinetibusque ad fidem , & mores , sed quibusvis alijs quantumvis levibus immunis sit ? Resp. immunem esse , vt in alijs meis lucubrationibus fusè tradidi , idque præcipue colligere est ex prælibato Sacro-Sancti Concilij Tridentini Decteto Sessione 4. tum ex Eminentissim. Card. Sacrae Congreg. declaracione , adducta ab Eximio Doctore Patre Suarez disputatione 5. de fide sectione 3. num. 10. & à Patre Serario in Prologom. cap. 19. questione 11. fine , & alijs , in qua indicitur , nec solam Periodum , nec solam clausulam , vel solam dictionem , aut Syllabam , Totave vnum admitti posse , quod repugnet huic vulgatæ editioni latine .



Vulgatum textum, & Septuaginta Seniorum in
cap. 5. & 11. Geneseos invicem componit
quoad primam mundi
atatem.

IA Gredimur quandā discutere con-
cordiam , quam laudandus in-
fra Recentior tradit chronologiæ vtriusque
editionis, quoad primam, & secundam mundi
atatem.

2 Et ut discriben , oppositioque in-
ter vtramque editionem fundamentaliter
eluceat, consentaneum erit, vtriusque singulas
periodos proponere. Vulgata igitur *Genesise*
capite 5. versu 3. sic habet.

3 , Vixit autem Adam centum triginta
, annis , & genuit ad imaginem suam & simi-
, litudinem : vocavitque nomen ejus Seth, &
, facti sunt dies Adam postquam genuit Seth,
, octingenti anni , genuitque filios & filias, &
, factum est omne tempus, q uod vixit Adam,
, anni nongenti triginta , & mortuus est.

4 Septuaginta verò, eodem capite. Vi-
xit autem Adam triginta, & ducentos annos ,
& genuit ad figuram suam, & ad imaginem ,
suam, & vocavit nomem ejus Seth, facti au-
tem sunt dies Adam , quos vixit , postquam ,
ipse genuit Seth, septingenti anni , & genuit ,
filios, & filias, & facti sunt omnes dies Adā „
quos

Vulgatum textum, & sept. Sect. 6. 27
quos vixit triginta, & nongenti anni, & mor-
tuus est .

5 *Vulg. vers. 7.* Vixit quoque Seth centum-,
quinque annis, & genuit Enos. Vixitq Seth ,
postquam genuit Enos, octingentis septem ,
annis , genuitque filios , & filias , & facti ,
sunt omnes dies Seth nongentorum dub-
, decim annorum , & mortuus est .

6 *Septuaginta* : Vixit autem Seth ,
quinque & ducentos annos, & genuit Enos ,
& vixit Seth, postquam ipse genuit, septem ,
annos , & septingentos , & genuit filios , & ,
filias, & facti sunt omnes dies Seth duode-
cim , & nongenti anni , & mortuus est .

7 *Vulg. v. 9.* vixit verò Enos nonagin-
ta annis , & genuit Cainan, post cuius ortum ,
vixit octingentis quindecim annis, & genuit ,
filios , & filias , factique sunt omnes dies ,
Enos nongenti quinque anni , & mor-
tuus est .

8 *Septuaginta* : Et vixit Enos annos ,
centum nonaginta , & genuit Cainan , & ,
vixit Enos , postquam ipse genuit Cainan ,
quindecim annos, & septingentos , & genuit ,
filios, & filias, & facti sunt omnes dies Enos ,
quinque anni , & nongenti , & mortuus est .

9 *Vulg. v. 12.* Vixit quoque Cainan ,
septuaginta annis, & genuit Malaleel , & vi-
xit Cainan , postquam genuit Malaleel oc-
tin-

tinctoris quadraginta annis , genitique filios , & filias , & facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni , & mortuus est .

10 Septuaginta : Et vixit Cainan septuaginta , & centum annis , & genuit Malaleel , & vixit Cainan postquam genuit Malaleel quadraginta , & septingentos annos , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes , dies Cainan decem anni , & nongenti , & mortuus est .

11 Vulgata , versu 15 . Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis , & genuit Jared , & vixit Malaleel , postquam genuit Jared octingentis , & triginta annis , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni , & mortuus est .

12 Septuaginta : Vixit Malaleel quinque & sexaginta , & centum annis , & genuit Jared , & vixit Malaleel postquam genuit Jared annis triginta , & septingentis , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Malaleel anni quinque , & octingenti , & nonaginta , & mortuus est .

14 Vulgata , v. 18 . Vixitque Jared centum sexaginta duobus annos , & genuit Henoch , & vixit Jared , postquam genuit Henoch octingentis annis , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Jared non-

genti sexaginta duo anni , & mortuus est .

15 Septuaginta : Et vixit Jared duos , & sexaginta annos & centum , & genuit Henoch , & vixit Jared , postquam genuit Henoch octingentis annis , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Jared duo , & sexaginta , & nongenti anni , & mortuus est .

16 Vulgata , v. 21 . Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis , & genuit Mathusalam , & ambulavit Henoch cum Deo , & vixit , postquam genuit Mathusalam trecentis annis , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Henoch , trecenti sexaginta , quinque anni , ambulavitque cum Deo , & non apparuit , quia tulit eum Deus .

17 Septuaginta : Et vixit Henoch , quinque , & sexaginta , & centum annos , & genuit Mathusalam , Henoch autem placuit , Deo , postquam genuit Mathusalam ducentos annos , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Henoch quinque & sexaginta , & trecenti anni , & placuit Deo , & non inveniebatur , quia transtulit eum Deus .

18 Vulgata : Vixit quoque Mathusala , centum octoginta septem annis , & genuit Lamech , & vixit Mathusala postquam genuit Lamech septingentis octoginta duabus annis , & genuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies Mathusala nongenti sexaginta .

30 Chronolog. dissert. prima
ginta novem anni , & mortuus est .

19 Septuaginta : Et vixit Mathusala ,
septem annos , & sexaginta & centum , & ge-
nuit Lamech , & vixit Mathusala postquam ,
genuit Lamech duos & octingentos annos ,
& genuit filios , & filias , & facti sunt omnes ,
dies Mathusala , quos vixit novem & sexaginta ,
& nongenit anni , & mortuus est .

20 Vulgata : Vixit autem Lamech cen-
tum octoginta duobus annis , & genuit fi-
lium , vocavitque nomen ejus Noe , dicens :
iste consolabitur nos ab operibus , & labo-
ribus manuum nostrarum in terra , cui ma-
ledixit Dominus , vixitque Lamech post-
quam genuit Noe quingentis nonaginta ,
quinque annis , & genuit filios , & filias , &
facti sunt omnes dies Lamech septingenti ,
Septuaginta septem anni , & mortuus est .

21 Septuaginta : Et vixit Lamech ,
octo & octoginta , & centum annis , & ge-
nuit filios , & filias , & suavitatem ejus Noe ,
dicens , iste requiescere nos faciet ab operi-
bus nostris & tristitijs manuum nostrarum ,
& à terra , cui maledixit Dominus Deus .
Et vixit Lamech postquam genuit Noe quin-
gentos & sexaginta & quinque annos , & ge-
nuit filios , & filias , & facti sunt omnes dies ,
Lamech septingenti , & quinquaginta tres ,
anni , & mortuus est .

Vul-

Vulgatum textum , & sept. Sect. 6. 31

22 Vulgata : Noe verò cum quingen-
torum esset aenorum genuit Sem , Cham , &
Japhet , & capite 8. & cap. 9. Vixit autem ,
Noe post diluvium trecentis quinquaginta ,
annis , & impleti sunt omnes dies ejus non-
gentorum quinquaginta annorum , & mor-
tuus est .

23 Septuaginta . Et erat Noe anno-
rum quingentorum , & genuit tres filios ,
Sem , Cham , Japhet , & in cap. 8. & 9. Ge-
nes. concludit versio Septuaginta totidem
annos Noe , quot Vulgata expressit à gene-
ratione usque ad mortem , nihil minus nec
ante generationem , nec post generationem ,
habens .

SECTIO VII.

Versionis Latinae vulgatae , & Graecae 70. de se-
cunda Mundi ètate testimonia
in cap. II. Genes.

1 **V**ulgata : Sem erat centum anno-
rum , quando genuit Arpha-
xad biennio post diluvium ,
vixitque Sem postquam genuit Arphaxad ,
quingentis annis , & genuit filios , & filias .

2 Septuaginta : Erat Sem filius cen-
tum annorum , cum genuit Arphaxad secun-
do anno post diluvium , & vixit Sem , post-
quam genuit Arphaxad quingentos annos ,
& genuit filios , & filias , & mortuus est .

Vul-

3 *Vulgata*: Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale, vixit que Arphaxad, postquam genuit Sale trecentis tribus annis, & genuit filios, & filias.

4 *Septuaginta*: Et vixit Arphaxad centum triginta quinque annis, & genuit Cainan, & vixit Arphaxad postquam genuit Cainan, annos trecentos, & genuit filios, & filias, & mortuus est.

5 *Septuaginta*: Et vixit Cainan centum, & triginta annos, & genuit Sala, & vixit Cainan, postquam genuit Sala annos trecentum triginta, & genuit filios, & filias, & mortuus est.

6 *Vulgata*: Sale quoque vixit tringinta annis, & genuit Heber, vixitque Sale, postquam genuit Heber, quadrageenis tribus annis.

7 *Septuaginta*: Et vixit Sala centum, & triginta annos, & genuit Heber, & vixit Sal, postquam genuit Heber trecentum triginta annos, & genuit filios, & filias, & mortuus est.

8 *Vulgata*: Vixit autem Heber triginta, quatuor annis, & genuit Phaleg: & vixit Heber, postquam genuit Phaleg quadrageenis triginta annis, & genuit filios, & filias.

9 *Septuaginta*: Et vixit Heber centum,

tri-

triginta quatuor annis, & genuit Phaleg: & vixit Heber, postquam genuit Phaleg annos ducentos septuaginta, & genuit filios, & filias, & mortuus est.

10 *Vulgata*: Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Phaleg, postquam genuit Reu, ducentis novem annis, & genuit filios, & filias.

11 *Septuaginta*: Et vixit Phaleg centum triginta annos, & genuit Rhagau, &, vixit Phaleg, postquam genuit Rhagau ducentos, & novem annos, & genuit filios, &, filias, & mortuus est.

12 *Vulgata*: Vixit autem Reu triginta duobus annis, & genuit Sarug. Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug ducentis septem annis, & genuit filios, & filias.

13 *Septuaginta*: Et vixit Rhagau centum triginta duos annos, & genuit Sarug, & vixit Rhagau, postquam genuit Sarug, ducentos septem annos, & genuit filios, &, filias, & mortuus est.

14 *Vulgata*: Vixit vero Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixit quoque Sarug, postquam genuit Nachor ducentis annis, & genuit filios, & filias.

15 *Septuaginta*: Et vixit Sarug centum, triginta annos, & genuit Nachor, & vixit Sarug, postquam genuit Nachor annos du-

centos, & genuit filios, & filias, & mortuus est.

16 *Vulgata*. Vixit autem Nachor virginis novem annis, & genuit Thare. Vixitque Nachor, postquam genuit Thare centum, decem, & novem annis, & genuit filios, & filias.

17 *Septuaginta*: Et vixit Nachor annos centum Septuaginta novem, & genuit Tharra, & vixit Nachor, postquam genuit Tharra centum viginti quinque annis, & genuit filios, & filias, & mortuus est.

18 *Vulgata*: Vixitque Thare Septuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor, & Aran: *infra*. Et facti sunt dies Thare, ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

19 *Septuaginta*: Et vixit Tharra Septuaginta annos, & genuit Abraham, & Nachor, & Aran: *infra*. Et facti sunt dies Tharra, ducenti quinque anni: & mortuus est.

SECTIO VIII.

Elucidatur Prima difficultas circa Generationem Cainan.

I **P**riusquam ad discutiendam speciam concordiam, traditam ab Illustrimo Leyba, gradum faciamus, dirimere conabor duplificem difficult-

Elucidatur prima diffic. &c. Sect. 8. 35
cultatem, primam circa generationem Cainan, secundam circa annum Abrahæ ortus.

2 Gravissima est, & multorum Antiquorum Patrum, Recentiorumque Doctorum controversijs agitata quæstio, an Arphaxad genuerit Cainan, an Sale? Sive quod idem est, vna ne generatio redundet in Septuaginta Interpretibus, & Divo Luca? An delit in Hebreo fonte, & editione Vulgata? Qua ve de causa, aut illi addiderint, aut isti illam detraxerint? Pro qua elevanda difficultate, se imparem ingenuè profitetur Venerabilis Beda *commentario in acta Apostolorum*; Lucas, (inquit) *testimonij græcis vtitur potius quam hebrais*, ex quo accedit, quod maximè miror, & propter ingenij parvitatem vehementissimo stupore propulsus nescio perscrutari, qua ratione, cum in hebraica veritate à diluvio usque ad Abraham decē tantum generationes inveniantur, ipse Lucas, qui Spiteri Sancto calamum regente, nullatenus, falsum scribere potuit, undecim generationes juxta Septuaginta Interpretes, adiecto, Cainan in *Evangelio ponere maluit*. Hactenus, Beda.

3 Igitur supponendum est, quod in vulgata, *Genes. cap. 5. versu 9.* dicitur: *Vixit vero Enos 90. annis, & genuit Cainan. & ver-*

su 12. *vixit quoque Cainan 50. annis, & genuit Malaleel*, quas generationes refert etiam Divus Lucas in Evangelio cap. 3. vbi de Malaleel ait, *qui fuit Cainan, qui fuit Enos*: unde de isto Cainane, qui praecepsit ante diluvium, nulla est dubitatio, sed ipse potius à cunctis retinetur.

4 Suboritur ergò difficultas ex vulgato textu Genes. cap. 9. versu 12. vbi Moyses inquit: *Porrò Arphaxad vixit 35. annis, & genuit Sale*: Unde juxta hunc textum nulla videtur interuersile generatio media inter Arphaxad, & Sale; Lucæ tamen cap. 3. versu 26. sic habetur, *qui fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad*, vbi Cainan medius inter Arphaxad, & Sale consitit, quod congruit textui Septuaginta Interpretum cap. 11. versu 12. & 13. ut adnotatū est *sec̄t. 7.* quid ergò dicendum? Fuit ne Sale filius, & immediate genitus ab Arphaxad? An potius Sale genitus fuit a Cainan genito ab Arphaxad? Si primum assertatur, tanquam irreputius Cainan erit relegandus, & subinde Lucæ textus ex Septuaginta corrigendus: si verò secundum dicatur, veritas, fidelisque veteris textus vacillat?

5 Prima ergò sētētia asserit, verosimilius esse, Cainanē hunc veluti suppositum esse reiciendum, irrep̄sisseque in textum Septuaginta Interpretum, & Divi Lucæ, & ab vtro-

que

que, si accederet Ecclesiæ judicium, esse expungendam, pro qua sententia militant Sixtus Senensis lib. 5. Bibliotæ, annotatione 88. Josephus lib. 1. antiquitatum, Epiphanius, h̄eres 55. Beda, Ado, non sine dubitatione, Berossus, Philo, Theophilus Antiochenus, Africanus, Orosius, Isidorus, Eugubinus, Procopius, Gregorius Turonensis, Genebratus, Illustrissimus Abulensis, Divus Hieronymus in Genes. cap. 11. & inter Recentiores Pater Dionysius Petavius de doctrina temporum cap. 14. Petrus Positus in Dialectica Geonologia Christi, Joannes Cordesius, lib. Gallico, de Genealogia Christi, Claudius Phrasenus in Conciliatorio Biblico ad caput 11. Genes. P. Pererius lib. 16. de progenie sem usque ad Abraham, ad caput 11. Genes., versu 12. quamvis cum dubitatione loquatur.

6 Coeterum inter recitatos Scriptores id discriminis reperitur, quod Eugubinus non veritus fuit, asserere Septuaginta duos Interpretes, addendo generationem Cainan, errasse, eorumque errorem sequrum fuisse Divum Lucam: id tamen omnino refellendum est 1. quoniam si in Scripturis Canoniceis, (qualis præcipue est textus Divi Lucæ) quidquam, quale illud sit, falsum esse concedimus, amplam profectō sternimus viam ad omnem divinæ scripturæ firmititudi-

38 *Chronolog. dissert. prima*
nem, & authoritatem labefactandam. 2. Quia Septuaginta Interpretum translatio ingenti gaudet autoritate, & ut suprà libavimus, iij Septuaginta Seniores, in ea condenda interpretatione, Divino Spiritu fuerunt illustrati. Alij verò ex præcitatibus Authoribus, solum inquiunt, irrepsisse generationem Cainan ignoratione alicujus Sciolis.

7 Secunda sententia docet, Divum Lucam excusari ab errore, addendo generationem Cainan, quia sequi voluit, quod scriptum repererat in translatione Septuaginta Interpretum, quæ eo tempore ubique gentium pervulgata, & recepta erat, scilicet veritus, ne si contra communem omnium sententiam, atque inveteratam opinionem, secus quam esset apud Septuaginta, quidquam scriberet, minus vulgo scripta sua probarentur, sic docet Cayetanus *in tertium caput Lucae*, nec non Jansenius, & Genebrardus. Sed contra, quia non decebat, Divum Lucam in scribendo Evangelio majorem existimationis vulgi, quam veritatis, habere rationem. Tum quia à Sacris, & Canonicis Scriptoribus, Scripturisque omnem erroris, vel imprudenter, vel scienter admissi suspicionem propulsare opportet.

8 Tertia sententia docet, Cainan, & Sale non fuisse duos homines, sed unum dum-

ta-

Elucidatur prima, &c. Sect. 8. 39
taxat, binomium tamen; quare putant hujus sententię Authores, apud Divum Lucam, non debere legi, qui fuit Sale, qui fuit Cainan, sed ita, qui fuit Sale, qui & Cainan, ut sint posita duo ejusdem hominis nomina; hæcque est opinio Joannis Lucidi lib. 1. de emendatione temporum, capite 6. & lib. 7. capite 1. tum Nancleri, & Hermanni Contracti in Chronicis; verum hæc sententia refellitur 1. quia omnes Codices, tam Græci, quam Latini, vel qui olim fuerunt, vel qui nunc sunt, habent, hoc loco, apud D. Lucam eam lectionem, quam hæc sententia mendosam censet. Unde igitur ji Authores probare queunt, esse mendosam? 2. Quia fit incredibile, Divum Lucam unius illius hominis, secus aliorum, quorum ibi meminit, duo nomina exponere voluisse, cum tamen eorum non paucos, & binomios, & trinomios fuisse constet. 3. In translatione Septuaginta Interpretum *Genesim capite 11.* quam sequutus est Divus Lucas, ponitur Cainan ut genitor, & Pater ipsius Sale, quo sit, ut Cainan & Sale duos fuisse homines, inter se diversos, necesse sit.

9 Alia autem sententia, ad rei ciendam Cainan generationem, inquit, nec generationem Cainan esse à Septuaginta Interpretibus traditam, nec à Diyo Luca positam in Genea-

C4

lo-

logia Salvatoris, sed ab aliquo eam mendoſe adjectam eſſe, primò quidem translationi Septuaginta Interpretum capite 11. *Geneseos*; hinc autem, poſtea in Genealogiam Domini Noſtri, quæ eſt apud Lucam, ſuife transfuſam; hujusque opinionis triplex conjectura adducitur à Patre Pererio, licet ſententiæ huic non ſubſcribat: prima conjectura hæc eſt: *Divus Hieronymus* in Traditionibus hebreicis in Genes. omnem diſſonantiam lectionis, quæ eſt in lib. *Geneseos* inter Codices Hebreos, & Septuaginta diligenter adnotans, diſſonantiam iſtam, quæ eſt circa Cainan generationem, licet adeo inſignem, nec verbo quidem attigit, licet ergo conjetture, non fuiffe eam generationem in libris Septuaginta Interpretum, quos tunc habuit Hieronymus.

10 Secunda conjectura: Josephum, qui ferè ſequi ſolet Septuaginta Interpretes, hanc generationem Cainan lib. 1. antiquitatum, minimè commemorat, immo nec Epiphanius diſputans contra quinquagesimam hærem, id eſt contra Melchizedechianos, cum ſecundūm translationem Septuaginta Interpretum exponat annos singularum generationum, quæ fuerunt inter diluvium, & Abraham, mentionem generationis Cainan nullam plane facit.

11 Tertia conjectura eſt: In exordio prioris libri Paralypomenon, vbi ſeries generationum à diluvio uſque ad Abraham, ſimiliter atque *Geneseos* capite 11. commemoratur, antiqui, & emendati Codices Septuaginta Interpretum, qualis qui Romæ authoritate, & cura Eminentissimi Cardinalis Carafæ prodijt, non habent generationem Cainan.

12 Coeterum oppoſita 4. ſententia aſſerens, admittendam eſſe, atque inferendam generationem Cainan, fulcitur authoritate Eusebij in *Chronico ſub initium*, Epiphiani in *Ancorato*, ſemel atque iterum in hæreſi 66. *sub fine*, & initio Panarij, vbi Cainan nominatim ponit, mox ab ortu rerum numerat Abrahamum in vigesima prima generatione, quæ eſſet alioqui tantum vigesima; Diui Augustini lib. 16. de *Civitate Dei*, Nicēphori in græcis, latinisque codicibus cap. 2. *Chronologie*, Chronicī Alexandrini tam græci, Scaligeri, quam græco latini Raderij, Nacianeni, & paſſim Gtæcorum Patrum, quibus ſubſcribunt Hugo, Lipomanus, Delrio, Toletus, Melchior Canus, Barradius, Scotus, Cardinalis Bellarminus in ſua *Chronologia* capite 5. numer. 6. Salmeronus cap. 2. trac-
tatu 28. *versus finem*, Sapientissimus Pater Ribera *præludio 2. in Prophetas P. Salianus anno mundi 1694. num. 1.* & ſequentiibus, tum ini-
tio

tio tomo 3. Annalium , Pater Cornelius , licet quodammodo problematicè , siquidem cap. 3. Luca , ita habet : Problema ergò Chronologicum est , an Cainan hic Christi Genealogiae , & Chronologie inferendus sit , cum Septuaginta , & Luca , an vero omittendus cum Moysè ? In Genesi cum Moysè steti pro Mose , & rationes attuli , quibus omittendus videatur Cainam : nunc in Luca stabo pro Luca , & rationes cur inferendus sit afferram , Lector judicet , & eligat , quod sibi probabilius appareat . Consimili dubitacione loquitur P. Pererius lib. 15. de progenie Sem usque ad Abraham , ad caput undecimum Genesij , versu 12.

13 Preferenda tamen videtur sententia asserens , admittendam esse generationem Cainan ; 1. quoniam sic docet inferendum Divus Lucas capite 3. Evangelij ; nec non Septuaginta Seniores , Dei Spiritu pleni , qui Genesis capite decimo , versu 24. ajunt , Arphaxad genuisse Cainan , & ab isto natum esse Sale , & rursus capite undecimo , non solùm numerant Cainan in hac generationum Serie , sed etiam explicant , quo anno Patris , natus sit ; cum ergò veritatis hujus definitio ex autoritate pendeat , & contraria sententia negans solùm autoritate nitatur , exploratum est , a jentem in hujusmodi probationibus

bus neganti preponderare , sicut notavit P. Gordonus tractatu 1. capite sexto , & Salianus anno mundi 1694.

14 Secundo . Impostores fuisse Septuaginta Seniores , nemo in suadam , inducere queat , de quibus Divus Augustinus lib. 15. de Civitate Dei , cap. 22. meritò (inquit) creduntur Septuaginta Interpretates accepisse propheticum Spiritum , ut siquid ejus auctoritate marent , atque aliquid , quam erat , quod interpretabantur , dicerent , nec hoc , divinitus esse dictum , dubitaretur . Sic Augustinus . Tum quia Septuaginta alibi multa supplant , & addunt , quæ non sunt in Hebreo , & ab eo sèpè evariant , fuere enim ipsi non tantum Interpretes , sed & vates , spiritu propheticō pollentes , teste Divo Hieronymo , & Augustino lib. 2. de consensu Evangelistarum cap. 66. & fusius in questionibus super Genesim questione 169.

15 Tertio , quia Evangelij Divi Lucæ omnia exēplaria Cainan hic interserunt , nèpè Latina , Sira , Persica , Ægyptia , Ätiopica , Arabica , Græca , vno excepto , vt adnotat Pater Cornelius capite 3. vbi etiam testatur , se Romæ consuluisse Codices manuscriptos Antiquissimos in Bibliotheca Vaticana , in Basilica Divi Pauli , & in Oratorio Cardinalis Baronij , ibique vidisse Bibliam ante 800.

annos manuscriptam Alduini, & Caroli Magni, & in ijs omnibus reperiisse Cainanem in cap. 3. Luce, quamobrem religio nobis esse debet, à textu adeò constanti, & certo non recedere: hanc enim reverentiam Divo Lucæ, & sacris libris debemus, præsertim cum minus incommodi sit dicere, Cainanem à Moyse præteritum ob causas nobis incognitas, quām in Luca irrep̄isse, aut fulso ponī in sacro ipsius textu, itaque in eo suspectam facere fidem omnium exemplariorum.

16 Immò Albertus Magnus, Gloſa, & Cardidalis Toletus, ſuspicantur, Cainanem olim *Geneseos* 11. verſu 12. in textu Hebræo repertum fuisse, indeque Septuaginta eum tranſtuliffe. Maximè vero retinendus Cainan post Tridentinum Concilium, quod *Seff.* 4. sub anathemate definit, ſuscipiendoſ pro Sacris, & Canoniciſ omnes libros Bibliorum integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Ecclesia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata editione latina habentur; cum igitur Cainan habeatur in Divo Luca, vt filius Arphaxad; obſervare vtique debeamus eam Cainanis generationem.

17 His ergò in vtramque partem diſcuſiſ, cenfeo cum Patre Cornelio, Saliano, alijsque pluribus Recentioribus, veram eſſe lectionem, quę habetur apud Diyum Lucam

cap. 3. aſſerendumque, Cainan eſſe Arphaxadi filium, id quod maximè procedere debet juxta constitutionem Clementis Octavi Sa-cri Biblij p̄mitti ſolitam, in qua aſſeritur, ſacrorum librorum vulgata lectionis textū, ſummis laboribus, ac Vigilijs reſtitutum, & quām accuratiſimè mendis expurgatum eſt.

18 Insuper in eadem conſtitutione caveatur; ne aliter, quā in Vaticano exemplari poſt decennitum correctus ille textus edatur, ne minima quidem particula de textu mutata, addita, vel ab eo detrac̄ta. Porrò Cainanem reperiiri in textu exemplari Vaticano vulgatę editionis, exploratum est, ſubindeque huiusce modi lectio, & particula omnino retinenda, qui enim fieri potest, vt Summus Pontifex præcipereſ, vel minimam retineri particulam hujus ſacri textus, niſi ipsius eſſet mentis, verè, omnique jure poſita omnia, quę in hoc Vaticano exemplari leguntur, id quod communitur ex quadam declaratione Eminentissimorum Cardinalium, in qua ſtatuitur, nec ſolam periodum, ſolam clauſulam, vel ſolam dictionem, aut Syllabam, Jotave vnum admitti poſſe, quod repugnet huic vulgatae editioni, quam declarationem inter alios adducit Pater Serarius in Prologo, cap. 19. quæſitione 11. & nos eam ſuprā adduximus.

19 Igitur retenta Cainanis generatione, inspiciendum venit, quot illi afferendi anni? viderique posset tribuendos 130. annos, quia tot habent Septuaginta Interpretes citati, nā juxta emendatores eorum Codices, hæc annorum series apud eos reperitur, nempe Arphaxad, cum genuit Cainan, erat annorum 135. Cainan cum genuit Sale 130.

20 Verumtamen Authores, qui Vulgatę editionis calculos observant, & Cainanem afferunt retinendum, simul censem, tantum triginta annos dandos illi, cum genuit, nimirum colligendo numeros ad normam Hebraicę, & Vulgataę scripturę; licet enim in ipsa generatione Cainanis afferenda sequantur Septuaginta Interpretes propter authoritatem Divi Luce, cum tamen Divus Lucas numeri annorum non faciat mentionem, & aliunde ipsi Authores numeros apud Septuaginta Interpretes esse viciatos, existimant, vt eis fidere in hac parte non sit integrum, ideo conferendos eos ajunt cum numeris Hebraicis, & Vulgataę editionis, detractis videlicet centum annis, in qualibet ex octo generationibus à Diluvio usque ad ortum Abraham; & consequenter relictis solum triginta annis pro Cainane.

SECTIO IX.

Enodatur difficultas alia circa ortum Abraham.

I Ngens hæc difficultas apud Veteres, & Recentiores Sacré Scripturę Expositores plurimorum vi- rorum excellentium exercuit ingenia, & Divus Hieronymus in traditionibus Hæbraicis in Genesim, vt magnam ejus perplexitatem indicaret, insolubilem dicere non est veritus, ac Divus Augustinus lib. 16. de Civitate Dei, cap. 15. & quæst. 13. in Genesim, licet plures eam explicandi rationes excogitaverit, nihil tamen certi determinasse, visum est.

2 Prima igitur sententia ait, Abraham ortum in septuagesimum annum Thare esse referendum, sic omnes planè Abraham filij secundum carnem, qui anno Septuagenario Thare, genitum ipsum contendunt, vt conscribit Andreas Masius in cap. ultimo Josue, quibus, & ipse consentit, idem legitur in Seder Olam Hebreorum, quibus Genebrardus quoque dat manus, eis autem prævicit Josephus lib. 1. antiquitatum cap. 6. in eademque sententia sunt alij quicumque cum Hebrais numerant 292. annos à Diluvio usque ad ortum Abraham, quorum magnus est numerus; sed & antiqui etiam Patres à Septuagenario Patre natum Abraham fatentur, vt ex Augustino liquet lib. 16. de Civitate Dei, cap. 10. &

Recentiores plerique in eadem hęcē sententia.

3 Secunda verò opinio docet , Abrahamum anno Patris Thare 130. absolute natum esse,idque Chronologię protegunt Procopius , Gazeus in cap. 16. Geneseos , Theodoretus quoque, prout refertur à Lipomano in catena , Cayetanus, Torniellus anno aetatis 2. 383. vbi citat Jacobum , Naclantum lib. Arcanorum Christi , ex tractatu de annis tertiae mundi aetatis , Eusebius , Nicolaus, Liranus in cap. 12. Geneseos. Marsilla , Paraphasi in Pentateuchum , Chronicum Alexandrinum,& Salianus, anno mundi 231.

4 Preferenda igitur videtur hęc secunda sententia afferens , Abrahamum natum esse Patris Thare anno 130. absolute ; quoniam Sacre Scripturę id congruentius appetet, & simul difficultates quibus contraria sententia vix sele expedire potest , ex hac evanescient posizione , optimaque concinitudine omnia constabunt.

5 Itaque fulcitur ex sacra pagina,nam Genes. 12. versu 4. constat, Abrahamum leptuagefimo quinto anno suę vitę ex Dei iussu exisse de Haran , vt veniret in terram Chanaan ; at ex eadem Sacra Scriptura habetur inde simul de Haran exisse Abrahamū , postquam mortuus est ejus Pater Thare , vt vi-

de-

Enodatur difficultas , &c. Sect. 9. 49
dere licet in verbis Divi Sthephani Actorum 7. versu 4. ibi : Postquam mortuus est Pater ejus(Abraham scilicet) transfluit illum in terram istam in qua vos nunc habitatis.

6 Tum sic : Thare mortuus est 205. aetatis suę anno, vt affirmat Moyses in Genesi cap. 11. fine , ibi : & facti sunt dies Thare 205. annorum , & mortuus est in Haran, complexione igitur optima conficitur , Abraham natum esse anno 130. vitę Patris sui , quoniam 130.& 75. efficiunt omnino 205. annos vitę Thare.

7 Vt huic argumento,quod malè torquet Adversarios , quoādmodum fiat satis, duplīcem ipsi inducunt Abraham profectiōnem ex Mesopotamia in terram Chanaan , alteram quidem vivo Thare Patre ejus, eo scilicet agente annum 145. Abraham autem annos nato 75: & de hac profectiōne inquiunt,loquitur esse Moysem : alteram verò profectiōnē factam esse,sexaginta annis postquam fuerit peregrinatus Abraham in terra Chanaan,crebro revisens Patrem suum; post cuius mortem ita reliquerit Mesopotamiam, vt eō nunquam reversus sit , & de hac posteriori profectiōne aiunt,loquitur esse Beatum Stephanum:sic ipsi.

8 Coeterū adversus hanc profectiōnem duplīcem ex Mesopotamia , & de

Haran in terram Chanaan, faciunt plura, primum, quod Divus Chrisostomus *homilia 31.* in *genesim* asserit, nempè Abrahamum, ante obitum Patris sui Thare, nunquam de Urbe Harā dicesisse. Secūdū, quia nulla cōperitur necessitas asserendi duplēcēm istum Abrahāmi introitum in terram Chanaan; siquidem possunt sine hac duplēci profectiōne omnes Sacrae Scripturæ loci conciliari, & cuncte dilui difficultates, vt ex sequentibus liquidū fiet. Tertiū: gratis poni videtur ista distinctione, quæ ex Sacra Scriptura demonst̄rari non potest, sed eidem potius reluctāri apparet: nec credibile est Abrahamum, ex quo semel, jubente Domino, exivit de Haran, iterum illuc redire voluisse; nam vt optimè Torniellus adnotat, qui proprio filio non pepercit, vt Domini iussionem impleret, quomodo putandum est, sive ob affectum paternum, sive, vt temporalia bona conquireret, sive alia quavis de causa, adduci potuisse, vt denuo rediret ad habitandum in ea regione, de qua eum Deus exire, præceperat.

9 Præfertim quia cum jam primā vice exiens secum tulisset omnem substantiam suam, si ad terram vnde à Deo translatus fuerat, redere ausus esset, vereri poterat, ne perniciosum posteris à divina vocatione

Enodatur alia diffic. Q. c. Sect. 9. retrocedendi exemplum relinquaret.

10 Sed si quandoque pietatis gratia, vt quidam existimant, advisēdūm Patrem, ire consueisset, tunc profecto ad eundem potius recipere se, debuisset, quando facta est famēs in terra Chanaan; & tamē legimus, ipsum tunc in Ægyptum descendere maluisse, non sine vitæ, honorisque periculo, quod facile devitare poterat, si in Haran ad Patrem, ac propinquos suos, saltēm donec cessaret famēs, divertere voulisset.

11 Quartum, quo prælibatam quantitatem solutionem Pater Salianus, ita procedit: Abrahamus in illa profectiōne, ab Adversarijs asserta, solus ne ivit, an cum omnibus suis, sicut post mortem Patris? Si solus, puto relictis Vxore, Loth, & tota familia apud Patrem per annos 60: quomodo ergo ex Sara in terra Chanaan genuit Iſaac, cum centum annorum esset, juxta textum *Genesis 17. versu 15.* id est 25. anno peregrinationis suæ. Rursus quomodo 14. annis ante ex Ægyptia Agare in eadem Chanānitide genuit Iſmaelem, vt habetur in sacro textu *Genesis 16. cap. 6. versu 16.* Et si solus revisit Patrem, quomodo non plurime profectiōnes ejusdem Abrahāmi, & non vna tantum introducuntur ante mortem Thare.

12 Si autem cum omnibus rebus suis in ista profectio[n]e profectus est, quando scilicet, juxta Adversarios, erat Abraham septuaginta quinque annorum, quare, cum visitabat Patrem, Lothum, & vxorem, & familiam deserebat? Apud quos? Quid ibi agebant interea? Omnia divinanda sunt, num omnia sua semper circunduxit, vt Nomades hamaxobij, seu qui nullam certam habitacionem habentes, papiliones suos curribus aliò transvehunt: tot ergò admittendæ sunt profectio[n]es, quot vicibus adivit Patrem, & repetit Chananitidem, & quidem profectio[n]es totales, atque integræ, Vxorū, Lothi, gregum omnium, omniumque famulorum, atque universæ supellectilis; non ne prodigijs instar est, si hæc contigerunt totis 60. annis, penitus sileri à Moysi, qui omnia Abrahani vestigia affectatus est, in historia sua, & omnes penè notavit locos, in quibus castrametatus fuit?

13 Quintum, & satis efficax, sumitur ex Apostolo ad Hebreos, 11. versu 9. Et 15. de Abraham sic ajente, Demoratus est in terra promissionis, tanquam in alieno in casulis habitando cum Isaac, & Jacob: confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terram, qui enim hæc dicunt signiant, se Patriam inquirere, & si quidem ipsius meminissent de

qua

qua exierunt, habebant utique tempus revertendi; nunc autem meliorem appetunt, id est celestem. Hæc Apostolus, ex quo docemur, quod Abraham, cum haberet tempus revertendi ex terra Chanaan in Haran, nunquam tamen reversus est, nec id cogitavit, nec amplius Patriæ, ex qua exierat, memor fuit: igitur falsum est, quod opposita sententia asserit, duplēcē nimis fuisse Abraham profectionem, immo, & multiplicem ex Haran in Chananitidem.

14 Sextum: Si Abraham natus est anno septuagesimo Patris: ergò moriente Patre annum agebat 135. quoniam Thare mortuus fuit anno ætatis sue 205. aqua summa hablatis annis 70. subremainit 135. Igitur Abraham, moriente Patre, jam genuerat Ismaelem, & Iсаacum; priorem quippe genuit anno 86. posteriorem autem anno 100. vt habetur Genesios, cap. 16. versu 16. Et cap. 17. versu 18. at Divus Stephanus Actorum 7. inquit, Abrahamum translatum in terram Chanaan, eique promisionem factam, cum non haberet filium: igitur adversa sententia Sacrae Chronologie, & Sacrae Scripturæ obsistit.

15 Septimum. In numeranda familia Abrahami demigrantis in terram Chanaan meminit Moyles, non solùm Thare, &

54 *Cronolog. dissert. prima;*
vxoris Abrahāmi, sed etiam Lothi, nepotis ex
fratre, & famulorū, quos acquisierat in Harā,
oblivisciturque Ismaelis, & Isaaci filiorum
duorum, quorum alter 35. annorum esset,
alter fere 50. *Genes. c. 16.v.16.* *¶ c. 17.v. 18.*
si vera esset adversariorum sententia; id verò
silentij vehementer confirmat, ipsos non-
dum natos, cum Abraham profectus fuit ex
Haran in Chananitidem.

16 Octavum. In eodem *cap. 12. Genesis*,
cujus initio Moyses Abraham profectionem
de Haran resert, & in sequentibus capitibus,
multa narrantur, quæ acciderunt ip̄i Abra-
hamo in terra Chanaan, & in Ægypto, ac-
demum initio *capitis 21.* describitur nativitas
Isaaci, quæ ibidem *versu 5.* dicitur contigisse
centesimo anno vitæ Abrahāmi, qui tunc
habitabat in terra Abimelech, regis Geraræ,
vt ex capite præcedenti colligitur; igitur quia
Isaac natus non fuerat, nec item Ismael, quā-
do Abraham iter arripuit in terram Chanaan,
& consequenter nec tunc Abrahamus age-
bat annos 135. vt aduersa sententia asserit, &
subinde nec Abraham natus fuit anno sep-
tuagesimo Patris Thare.

17 Nonum ex Torniello in hunc
modum procedit, quando Abraham descen-
dit de monte, in quo jussus fuerat immolare
filium suum Isaac, accepit nuntium ex Me-
so-

Enodatur alia diffic. Sect. 9. 55
fopotamia, Melcham gentilis fratri suo Na-
chori octo filios, Rōmam vero ejus Concu-
binam, quatuor, vt habetur in *Genesi cap. 22.*
versu 20. cum sequentibus: erat autem
Abraham eo tempore circiter 125. annorum
vt anno mundi 2163. numer. 4. probat ipse
Torniellius, & consequenter jam à quinqua-
ginta annis ex Haran discesserat, erat quippe
Abraham annorum 75. cum egredetur de
Haran *Genes. 12. versu 4.* quo temporis in-
tervallo, duodecim filij Nachoris nati fuerāt:
porro illos opportet multo ante natos, hoc
est, ferè statim post discessum ipsius Abrahā-
mi de Haran nasci, coepisse; nam inter eos
octavus recensetur Bathuel, cuius filiam no-
mine Rebecham, mox Isaac quadragenarius,
anno vitæ Patris sui Abraham 140. duxit vxo-
rem, vt ex *Genesi cap. 25. versu 20.* liquidum
est: igitur, si Abraham, non nisi anno ab in-
gressu suo in terram Chanaan 50. (annis enim
75. si addantur 50. fiunt 125.) audivit de
prædictorum ex fratre filiorum nativitate,
certissimum profecto signum est, quod ipse
nunquam redierat in Haran; & item quod
ante egressum ejus de Haran, jam mortuus
erat Pater ejus Thare; alioqui non videtur
credibile, quod Abraham, vir piissimus,
tandiu ad invisendum Patrem, saltem servos
suos mittere, neglexisset, & sic de ortu filio-

rum ex fratre multò citius edoctus fuisset, opportet ergò fateri, Abrahamum natum esse anno Patris sui 130.

SECTIO X.

Diluuntur objectiones, quæ evincere videntur;
Abrahamum natum fuisse anno 70.

Parentis sui Thare.

I Ppones 1. verba Genesis cap. II.
versu 26. vbi scriptum est. Vi-
xitque Thare septuaginta annis,
¶ genuit Abraham, ¶ Nachor, ¶ Aran;
ex quibus verbis facile conficitur, Abraham
natum fuisse, non anno Patris sui 130. vt
nos dicimus, sed anno potius septuagesimo.
Respondetur, sensum citati Textus, vt opti-
mè exponit Divus Augustinus, questione 25.
in Genesim, non esse, quod Abraham natus
sit anno septuagesimo Patris, sed quod Tha-
re, Pater ejus, anno vita sua 70. coepit ge-
nerare tres illos filios, immò existimare vi-
detur Divus Augustinus, Abrahamum fuisse
inter ipsos, natu minimum; nam subdit,
ipsum non ante alios fuisse nominatum, quia
esset alijs major, sed quoniam ceteris dignior
erat, & quoniam ab eo ducenda erat
prosapia Salvatoris, & aliquot Scripturę ex-
emplis, docet, interdum natu posteriores, prius
fuisse nominatos: Non utique (dicit Augusti-
nus

Diluuntur objectiones, &c. Sect. 10. 57
hus loco citato, præfata Genesis verba expo-
nens) hoc intelligi voluit, quia eodem anno 70.
atatis sue omnes tres genuit, sed ex quo anno,
generare capit, eum annum commemoravit
Scriptura. Fieri autem potuit, vt posterior sit
generatus Abrahamus, sed merito excellentiæ
quæ in scripturis valde commendatur, prior
fuerit nominatus, sicut Propheta (Malach.c.1.)
prius nominavit minorem; dum dixit, Jacob
dillexi, Esau autem odio habui: ¶ in Para-
lipomenon, cum sit quartus nascendi ordine
Judas, prior est nominatus, à quo Iudaice
genti nomen est datum, propter Tribum re-
giam, hæc Divus Augustinus.

2 Communiturque hac expositio
ex capite 5. fine, Genesis, vbi legimus: Noe
cum quingentorum esset annorum, genuit
Sem, Cham, & Japhet, quæ ita opporteret
intelligi, vt vnum ex iis eo anno genuerit,
reliquos verò duos jam antea genuis-
set, si verba illa, quibus scriptura ait, quod
Thare vixit 70. annos, & genuit Abraham, signi-
ficarent, eu natū esse eodē anno septuagesi-
mo, reliquos autē duos prius natos fuisse; at
priora illa verba Genesis 5. illum sensu habere
nequeūt, ergò nec posteriora capitū 11. pos-
sunt habere sensum eundem, pro vt Adversarij
cōtendunt; minor probatur nam Genesis 11.
versu 10. dicitur, quod Sem erat 100. an-
no

ñortum , quando genuit Arphaxad biennio post Diluvium : igitur Sem natus non fuerat anno 500. Noe, sed postmodum anno scilicet quingentesimo secundo , vt sentiunt Hebræi , vel anno 503. circiter ineunte vi-tæ Patris sui Noe , vt rectè docet Pater Salianus ; Diluvium quippè contigit anno 600. vita Noe mense 2. decima sexta die mensis, *Genesis cap. 5. versu 11.*& imminutæ sunt aquæ super terrâ sexcetesimo primo anno ejusdem Noe, 1. mense , *Genesis 8. versu 13.* cum igitur Sem biennio post Diluvium esset centum annorum , conficitur , natum ipsum fuisse anno Noe 503. circiter ineunte , 98. annis ante Diluvium,

3. Qua propter fieri non potuit, quod natus fuisse Sem ipso anno 500. vitæ Patris sui Noe ; igitur quæmadmodum , licet Sacra Scriptura enunciet , quod Noe, cum quingentorum esset annorum, genuit Sem , Cham , & Japhet, non rectè arguitur, ipso anno 500. Noe , ortum fuisse Sem, ita licet Moyses afferat , quod Thare, cum vixisset 70. annos , genuit Abraham, & Nachor, & Aran , non rectè infertur, Abraham natum fuisse eodem anno septuagesimo Patris sui Thare.

4 Confirmatur nostra expositio, quoniam licet non nulli existimant, Sem non fuis-

fuisse primum trium illorum Noemi filiorum, sed Japheto eam dignitatem esse tribuendam ; tamen oppositum videtur dicendum, primò , quia Sem primo loco semper nominatur in Sacris literis. Secundò , quia Noe, in benedicendis filijs, Sem Japheto prætulit vt primogenitum , aut natu majorem , sic enim Jacob *Genesis 49. versu 3.* in benedicendis filijs, à Ruben inchoavit primogenito, & si primogeniti jura peccato suo amisisset: Jacobum imitatus est Moses *Deuteronomij 33. versu 6.* idque aperte docet illa Josephi cum Patre disputatio : *non ita convenit Pater, quia hic est primogenitus.*

5 Tertiò ; quòd cum de Japheto poscit esse dubitatio , quem Hebreorum aliqui primogenitum dixerunt , Scriptura Sacra eam quæstionem solvit *Genesis 10. versu 21.* cum Sem vocat fratrem Japheti majorem, quomodo etiam vertit Hebreum textum olim Hieronymus , & postea Pagninus , Tigrina , & vtraque Chaldea Paraphrasis: eodem modo textum Hebreum exponunt , Lipomanus , Cajetanus , Del Rio , & Pererius , Septuaginta etiam , qui nunc majoritatem Japheto tribuunt , olim tribuebant Sem, sic enim illos citat Augustinus *lib. 16. de Civitate Dei , cap. 3.* Procopius Gazeus in *cap. decimo Genesis* : passimque Antiqui Patres Se-

mum primogenitum , aut natu maximum appellant , vt Divus Epiphanius in *Ancorato in fine* , Divus Cyrilus lib. 4. in *Genesim* , Divus Augustinus , loco citato , Divus Hieronymus ad *Evaragium epistola* 146. Divus Isidorus , & Recentiores.

6 Nec refert , quod Sem in Hebræo dicitur *Hagadol* , id est frater Japheti majoris , vt Hebrei aliqui vertunt : quoniam eadem dictio interpretatur ab alijs frater Japheti major : & meritò , quoniam sub ea dictione omnes casus comprehenduntur , vt notat Cardinalis Bellarminus in *grammatica hebreæ* , parte 2. cap. 1. numer. 9. propterea paulo post , *Genesis* 9. verſu 24. *Hagadol* in recto casu ponitur , & cum aliunde hujusmodi expositio congruat cum his , quæ supra fulcita manent , præferenda sàne est.

7 Semus igitur illorum trium Noe filiorum natu major fuit ; at natus non fuerat anno illo 500. sui Patris Noe , vt ostensum est : igitur cum Moses dixit *Noe cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Japhet* , solum docere voluit , hosce tres filios natos fuisse post annum 500. Patris , & non ante ; cœterum asserere noluit , vel ipsum Semum , natu majorem , editum fuisse eodem quingentissimo anno Noe : consimili-

Diluuntur objectiones, &c. Sect. 10. 61
ergò locutione , dum Moses inquit , vixisse Thare 70. annis , & genuisse Abraham , Nanchor , & Haran , significavit ante annum septuaginta nullum ex ijs filijs genitum fuisse à Thare ; at eodem septuagesimo Patris anno natum , aut genitum fuisse Abraham , neutiquam hinc subduci potest.

8 Oppones 2. ex P. Pererio lib. 16. in *Genesi* , num. 193. perturbari sacram illorum temporum Chronologiam , nisi dixerimus , Scripturam Sacram , prædictis verbis , signanter expressisse tempus nativitatis Abrahami , quemadmodum eadem Sacra Scriptura expreserat tempus nativitatis Singulorum primæ , ac secundæ mundi ætatis Patrum , qui ipsum Abraham præcesserant.

9 Respondetur , Scripturam Sacram non modo in his , quæ ad Chrenologiam pertinent , sed etiam in his , quæ ad historiam ipsam , & item ad doctrinam moralēm , aut spiritualem spectant , non semper dilucidè omnia exprimere , sed aliqua interdùm sub obscurè , prout Spiritui Sancto visum est , tradere constueisse , vt vel sic ad veritatem avidius indagādam ingenia magis provocarentur ; & hoc quidem comprobat celeberrimum illud Divi Augustini dictum tractatu 45. in *Joannem* , vbi de Domino docente agens , *Pascit* (inquit) *manifestis*,

exercet occultis , & Divi Hieronymi super caput 45. Ezechielis, ajetis: Scriptua difficultatem habet in numeris ut intentum animum faciat auditoris, ideoque multa dicuntur in Parabolis, & enigmatibus, vt qui habet aures audiendi, audiat: omnisque prophetia in obscuritate continet veritatem, vt discipuli intrinsecus audiant, vulgus ignobile , & foris positum nesciat, quid dicatur.

10 Poteſt etiam dici, Scripturam Sacram intendiſe quidem Abrahami pariter Genealogiam , Chronogiamque ab Orbis initio deducere, ſed Genealogiam imprimis, Chronogiam verò non aequa principaliter. Scimus enim , & aliorum excellentium hominum , puta Eſdrę, Judith , Mardochęi , & demum ipsius Christi Domini Genealogias eſſe traditas fatis expreſſe , Chronologias autem , non niſi obſcurè: quare, ſi tempora ortus nostri Redemptoris Scriptura Sacra no niſi obſcurè admodum indicavit, quid miramur, ſi pr̄cīſum nativitatis Abrahami annum non expreterit.

12 Verūm tamen perſpicuē ſatis ex Sacra pagina Abrahami nativitatis subduxiſimus tempus: niſi annum Thare 130, quoniam nec antea naſci potuit; cum septuagesimum quintum annum Abrahamus ageret , quando exiuit de Haran, mortuo jam

Patre , agente annum 205. à quo anno rum numero ablatis septuaginta quinque annis , ſubremant 130. quot niſi rum annorum erat Thare, quando naſti eſt Abraham , qui poſt mortem Patris , vt conficitur ex dictis , nunquam moratus eſt in Haran, ſed ſtatim profectus eſt in terram promiſſam , id enim aperte ſignificat Diuſ Stephanus Actorum 7. dum de Abraham loquens, inquit: poſtquam mortuus eſt Pater ejus, tranſtulit illum Dominus in terram iſtam.

12 Idem comprobat Sacra Historia Genesis cap. 11. fine , & cap. 12. in principio , nec fine mora , & tarditate obedientię Abrahami id temporis profectionis ipsius differri valet , cum tamen in eximiam Abraham obedientiam hujuscemodi cunctatio minimè quadret ; ſiquidem Iuſſus abire in terram visionis , vt offerret vni genitum Isaac in holocaustum , nec ad exortam viſque lucem diſtulit profectionem , ſed nocte conſurgens ſtravit Aſinum ſuum , & properans cum filio illuc perrexit , vt habeatur Genesis 22. verſu 35. vbi Origenes ſtatim (inquit) occupat iter: Augustinus: paret illici imperij: Ambroſius: vt attuliffe nox moras ſtudio festinantis Patris videretur, ad implenda Dei iuſſa festinavit. per omnia declarans , quod cum feruenti alacritate, preiſtēto deſiderio implere vellet, quod

Deo probatur. Si igitur in re tanta, tāque difficulti illicō paruit Abrahamus, ne expectato quidem ortū surgentis Aurora, cur hic eum, sine causa, incusabimus tarditatis. Verūtamen licet permittamus Adversarijs, distulisse Abrahamum profectionem in terram Chanaan per decennium v. gr. nihil ipsi obtinent, sed potius in eosdē subducitur, Abrahamum natum fuisse anno 140. Patris sui Thare, quod ipsi fateri renuunt.

S E C T I O XI.

Delineat Synopsim Sacrae Chronologiae ab Orbe condito usque ad Abrahami ortum, ubi cernere licet discrepantiam Hebraicorum & Vulgati textus ab editione Septuaginta.

I SUperioribus enodatis difficultatibus, vt ijs, & discutiendis alijs lucem afferam, Synopsim tradam totius Sacre Chronologiae ab Orbe condito usque ad Abrahami ortum, vt vnico intuitu discrepantia inter vulgatum, hebraicumque textum, ac editionem Septuaginta conspici valeat in subjecta tabella, quam ex Torniello, P. Saliano, & alijs pereruditis, ac diligentissimis excerptis Authoribus, eaque vnico velut intuitu difficultatem proponit, & ad percipienda melius, quæ dicenda sunt, valde confert.

Generations. Patrum series.

		Iuxta Hebraicum, & vulgatum textum.	Iuxta editionem Romanam. LXX.	Iuxta editionem Antuerpien, & Basilee. LXX.	Vixit deinceps Iuxta Hebraicum, & vulgatum textum.	Iuxta editionem Romanam. LXX.	Iuxta editionem Antuerpien, & Basileensem LXX.	Omnis vita singulorum ant. Iuxta Hebraicum & vulgatum textum.	Iuxta editionem Romanam. LXX.	Iuxta editionem Antuerpiensem & Basileensem. LXX.
	Genuit filium, subscriptum annos natus									
1	Adam.		130	230		800	700	930	930	
2	Seth.		105	205		807	707	912	912	
3	Enos		90	190		815	715	905	905	
4	Cainan.		70	170		840	740	910	910	
5	Malaleel.		65	165		830	730	895	895	
6	Iared.		162	162		800	800	962	962	969
7	Henoch.		65	165		300	200	365	365	
8	Mathusalē.		187	167	165	782	802	969	969	963
9	Lamech.		182	188		595	565	777	753	
10	Noë.	Diluvium,	500	500	Diluvium.	450	450	950	950	
11	Sem.	1656	100	100	2242	500	500	600	600	
12	Arphaxad.		35	135		303	300	430	438	435
13	Cainan.		—	130		—	330	—	460	460
14	Sale.		30	130		403	330	433	460	
15	Heber.		34	134		430	270	370	464	404
16	Phaleg.		30	130	134	209	209	239	339	343
17	Rheu.		32	132		207	207	239	339	
18	Sarug.		30	130		200	200	230	330	
19	Nachor.		29	179		119	125	148	304	
20	Thare.		130	130		75	75	205	205	
21	Abram.	Genuit Isaac	100	100		75	75	175	175	

SECTIO XII.

Singularis, novaque conciliatio vulgati, & Hebraici textus cum editione Septuaginta proponitur.

I. **V**T prælibatum dissidium, Vulgate, & Hebraicæ editionis cum græca Septuaginta quod ex præfixa tabella facile, & evidenter conspicitur, elevet, & utramque lectionem in concentum redigat, D. D. Joannes de Leyba Almeriq Episcopus, singularē ipse quamdam, sed tenebrisca valde, aggressus est viam, quam tradit, integro edito Volumine de universali Chronologia, & inquit, primò annū additionem apud Septuaginta Interpretes non arbitrariam, aut tumultuariam esse, sed satis industriam, immō ob aliquod sigillantem mysterium, aut Sacramentum: quamvis melius forsan dici posset, id mysterium latere in Vulgata editione, aperiique à Septuaginta Interpretibus, yt ex dicendis liquidum, ac compertum fiet.

2. Secundo, vt hoc mysterium exponat ipse *sect. 1. præmissa 3. num. 37.* & per plures sequentes, observat ex Patre Athanasio Chircherio in Ædipo passim, præcipue *tom. 2. part. 2. clasi septima cap. 1. & 2. plures ex Antiquis referente ejusdem observa-*

tionis Scriptores : apud Ägyptios nempē fuisse annum quendam , qui constabat ex 365. annis vulgaribus , alium verò annum , qui ex 1460. vulgaribus annis componebatur . Vnusquisque autem ex ijs annis appellatur batur annus magnus , sed vterius annus ex 365. compositus dicebatur annus Sothicus , seu Solis; at annus ex 1460. appellabatur Cynicus , & Ägyptiacus .

3 Unde annus ille Sothicus , seu Solis ex 365. erat ænigmaticus , vel virtualis , quia ad sui resolutionem pendebat à multiplicatione per quatuor , facta enim ista multiplicatione resultant 1460. anni , qui sunt ille annus Cynicus 1460. annorum . Quapropter annus Sothicus , & annus Cynicus in re idem sunt , sed cum hac differentia , quod Sothicus erat absconditus , & pendens ab ea multiplicatione per quatuor : annus verò Cynicus erat expressus , clatus , & vt ita dicam , expansus , seu annum Sothicum declarans .

4 Rursus annus Cynicus , si erat perfectus , hoc est cum sua intercalatione constabat ex 1461. annis : plura item inculcat Author de multiplicatione per quatuor pro anno Sothico , seu Solis sumpta paritate à mensura arvali , qua secula metiebantur Ägyptij , & vnaquæque erat 25. annorum ,

Singularis novaque , &c. SeEt. 12. 67
ita vt quatuor ex ijs mensuris centum annos efficerent .

5 Afferit 3. versiones Græcam , & Vulgatam in Chronologia mudi habere duos annos magnos vnum in prima ætate , alium in secunda ; vnum scilicet in raptu Henoch , cap. 5. Genesios , alium in promissione Messie , Abrahæ facta , cap. 12. Genesios , sed cum hoc discrimine , quod in Vulgata isti duo anni magni indigent multiplicatione , quia sunt Sothici , seu Solis , & propterea virtuales ænigmatici , vel absconditi : at in Septuaginta , illi duo anni magni sunt exptessi , sive expansi , Cynici , seu Ägyptij : cum autem Interpretes Græci posituri essent expressos suos duos annos magnos , propterea addiderunt tot centenaria annorum ad annos Vulgatae in cap. 5. & 11. Genesios , vtentes arvali mensura ad solvendum Vulgatae ænigma , & vt mudi Chronologia expresa , & clara decurseret .

6 Ex quibus constat (inquit idem Leyba) pag. 64. num. 139. Septuaginta Interpretes per Centenariorum additionem ad Vulgatam in duabus illustrioribus epochis , seu mundi eventibus mirabilioribus , nempē raptu Enoch , & Messie promissione , in duabus primis mundi ætatibus , cap. 5. & 11. Genesios , esse glosatores , & declaratores ænigmatis

tis anni Sothici contenti in Vulgata.

7 Quartò afferit , annum magnum licet Sothicum , seu Solis , esse in vulgata , cap. 5. Geneseos , dum ait sacer textus : *O faciti sunt omnes dies Henoch 365. anni : O ambulavit cum Deo , O non apparuit , quia tulit eum Deus.* Raptus ergo Henoch fuit , elapsis annis 365. qui si multiplicentur per quatuor , efficiunt annos 1460. qui est annus magnus Cynicus; licet Sothicus in Vulgata , pendens scilicet à multiplicatione juxta eruditionem Aegyptiacam , qua vius fuit Interpretes Latinus , propter relinquendam seculis , aut posteritati hujus raptus memoriam venerabilissimam.

8 Quintò: vt id Chronologiæ tueatur Author , compleatque annum magnum Cynicum in num. 144. & seqq. raptum Henochum afferit , anno infantiae Lamech 6. quo præsupolito , cum Septuaginta Interpretes addiderint in Adam annos 100. in Seth 100. in Henos 100. in Cainan 100. in Mala-leel 100. nihil in Jared , in Henoch 100. & præterea auferant 20. annos in Mathusalem , habetur enim apud ipsos , quod Mathusalem cum esset 167. annorum , genuit Lamech : in Vulgata autem habetur tunc temporis Mathusalem fuisse 187. annorum , additis tandem sex annis infantiae Lamech , fiunt

fiunt anni 586. quibus si addas 876. quos juxta editionem Vulgatam , & juxta calculos præfati Authoris lapſi erant in raptu Henoch , resultant anni 1461. qui est annus magnus Cynicus , & perfectissimus primæ ætatis , quo convincitur , additionem tot centeniorum à Septuaginta factam fuisse propter hoc mysterium. Ita habet sect. 2. num. 138. pag. 62. lit. C.

9 Et Lit. B. pag. 61. sic habet: Excessus Septuaginta ad vulgatam procedit ex duobus annis Solis , qui nuper designati sunt , & pro eis habent Septuaginta duos annos , magnos vnum in cap. 5. *Genes.* , vbi stat in vulgata primus annus Solis vitæ Henoc , & alterum , vbi vulgata habet secundum annum Solis in vita Abrahæ cap. 11. *Genes.* Nā annus Solis valet 365. annos , dierum 1461. & anni 365. anni Solis sunt Sothici , qui valent singuli annos 4. ideò literalis excessus in Septuaginta stat in expressione duorum annorum magnorum , qui constant singuli 1461. annis communibus 365. dierum , pro duabus annis Solis , qui constant singuli 365. annis Sothicis , quorum singuli sunt 1461. dierum. Sic ille.

10 Ut secundum verò annum magnum Cynicum & secundæ ætatis stabilitat Author , afferit sextò , computandum esse hunc

annum ab Arphaxad usque ad promissionem Messie factam Abrahæ; idque ut evincat, asserit 1. omittendam esse generationem Cainan, seu eandem esse cum generatione Sale, eoque Sale binomius fuerit, sic docet à numero 249. marginali.

11 Secundo asserit, quod Thare septuaginta annorum tantum erat, cum genuit Abraham. 3. inquit, promissionem Messie factam fuisse Abrahæ, dum ageret annum 75. Quibus presuppositis anni, qui in vulgata habentur ab ortu Arphaxad usque ad promissionem Abrahæ factam, ut ex nuper dictis, & in sectione præcedenti prælibatis colligitur, sunt 365. qui constituant annum Sothicum, seu Solis, & si multiplicatio fiat per quatuor, resultant anni 1460. qui conficiunt annum Cynicum expressum.

12 Porro hunc annum Cynicum ex Septuaginta Interpretibus ut constituantur, incipit Author numerare ab anno 81. vitæ Noe, quem annum, inquit, concurrere cum anno à creatione mundi 1723. juxta vulgatam: ergo ab anno vitæ Noe 81. juxta Septuaginta, usque ad Diluvium, juxta Vulgatam sunt 519. intercapendinis, Sem biennio post Diluvium duo, de Arphaxad 35. de Sale 130. de Heber 134. de Phaleg 130. de Reu 132. de Sarug 130. de Nachor 169. de Thare 70. qui

qui efficiunt usque ad ortum Abrahæ 1461. ex quibus annis constituitur unus annus magnus Cynicus expressus, & perfectissimus à Septuaginta Interpretibus traditus per additiones centenariorum in hac 2. ætate, cap. 11. Genesis.

13 Unde excessus Septuaginta super vulgatam est 1236. annorum, qui excessus provenit ex additione centenariorum. Igitur à creatione mundi, usque ad nativitatem Abrahæ juxta Septuaginta Interpretes lapsi fuere anni 3184. juxta vulgatum vero textum, & Hebraicum 1948. Septuaginta ergo Interpretes in rei veritate annos legitime decursos per duas primas ætates descripsérunt, & numeraverunt, quos eosdem annos Hebraicus textus, & Vulgata editio diligaverunt in suis duobus annis Sothicis, seu Solis. Et hæc, summatim proposita, est sententia, & doctrina ab Illustrissimo Leyba in præfato opere exarata.

SECTIO XIII.

Præcedens sententia oppugnatur.

1 **S**peciosè equidem, & ingenti acuminè excogita est prælibata opinio, nec vulgari eruditione exornata, quamobrem plurimum laudis ejus Authori impertiri adigimur: coeterum ne ipsis assentiamur, faciunt non nulla; primo

quoniam cum sedulò incumbat Author, vt Septuaginta Interpretum lectionem, & Chronologiam propugnet, immò, & cum præcipiuus totius operis sui scopus sit iste, tamè ipsam Leyba à lectione, & Chronologia Septuaginta Interpretum discedit, dum à numero 249. & ferè per universum opus, enixè reicxit Cainani generationem, quam tamen Septuaginta Interpretes retinent, vt sectione 8. diximus.

2 Secundò; quia eadem sectione 8. retinendum esse Cainanem, vt distinctum à Sale, non tantum Septuaginta Seniorum authoritate, verùm ex canonica, & irrefragabili, ab editione Vulgata de prompta penes Evangelium Divi Lucæ cap. 3. luculenter evicimus; immò, & Vulgatae editioni hoc loco accinunt plurimè, & cunctæ aliae ejusdem textus lectiones.

3 Et quidem si Sale binomius, idemque fuit ac Cainan, vt inquit Doctor Leyba, id latere Divum Lucam nequivit, hoc verò agnito, nullo modo debuit Sacer Evangelista illud, vt distinctum, describere, prout ita descripsit, dum eodem tenore verborum in Sale, & Cainane proponendis vtitur, ac in reliquis abs dubio distinctis Patribus, & generationibus, tum quia Jacob etiam nuncupabatur Israel Genesis cap. 32. ver-

Præcedens sententia, &c. Sect, 13. 73
ſu 27. & tamen hunc Patrem, in eadem Christi Domini Genealogia describenda, non sub duplice ipsius nomine, sed sub simplici Jacob, Divus Lucas proponit.

4 Quid? Ex generatione ista Cainanis, vt distanti à Sale, destruitur omnino anni magni computatio, quæ est totum artificium admirabile Septuaginta Interpretum: expungendus igitur est hic Cainan à Sacra Chronologia, vel ex hac tantum ratione. Ita opponit, & arguit Leyba; coeterum posteriori nos jure assercere possumus, vel hoc tantum argumento, totius operis structuram ab Authorc hoc, et si sapientissimo, excogitatā labascere, ac penitus dirui: quoniam super additis 130. annis, quot scilicet Cainani, divisim à Sale, tribuuntur à Septuaginta Interpretibus, quin immò vel 30. solum additis annis, qui scilicet Cainan conceduntur ab Authoribus communiter ajentibus, viciatos esse numeros in editione Septuaginta Seniorum, his, inquam additis annis, stare non potest enigmatica computatio anni magni Cynici, nec Sothici, supersunt enim 100. vel saltem 30. annis; immò si vera sit lectio Septuaginta Interpretum, quam Leyba acriter propugnat, ipsi 130. anni supersunt, & consequenter evanescit concordia, quam Author iste meditatur & tradit inter lectiones Vulgatam, & Septuagintam. Ter-

5 Tertio authoritas Divi Augustini lib. 15. de Civitate Dei , cap. 13. qua suam concordiam protegere conatur præfatus Augustinus , nihil ipsi savet , quoniam in eo capite Divus Augustinus differens de numerorum discrepantia , quæ reperitur in præfatis editionibus , in primis quædam tribuit vitio scriptorum ; alia autem veluti additionem Centenariorum ante nativitatem Patrum , & ejusdem numeri subtractionem post eorum nativitatem , tribuit astutiae , seu arti alicujus sciolii , vt narrationem sacram credibiliorem redderet , *Hic verò (inquit Divus Augustinus) ubi per tot contextas generationes 100. anni alibi adsunt , alibi defunt , & post natum , qui commemorandus fuerat , filium , defunt ubi affuerunt , ad sunt , ubi de fuerunt , ut summa concordet : nimurum cum vellet persuadere , qui hoc fecit , ideo numeroissimos annos vixisse Antiquos , quod eos brevissimos nuncupabat ; & hoc de maturitate pubertatis , qua idonea , filij gignerentur , conaretur ostendere , atque ideo in illis 100. annis 10. nostros insinuando putaret incredulis , ne homines tandem vixisse recipere in fidem nollent , addidit 100. ubi gigantidis filijs habilem non invenit etatem , eos demque post gentios filios , ut congrueret summa detraxic.*

6 Sic Divus Augustinus , non nullis ,

lisque in eundem scopum adnotatis , pergit dicens : *An fortè astutius factum existimandum est , ut illa , qua centum anni prius solent adiici , & pesta detrabi , occultaretur industria . Ita Sanctus Doctor dilucidè ostendens , additionem centenariorum in codicibus Septuaginta Interpretum repartam , non juxta veram Chronogiam , sed artificio , & astutia cuiuspiam factam , vt credibilis fieret sacra narratio , & consequenter ex Divo Augustino nullum potest confici argumentum pro concordia excoigitata à Leyba , sed potius adversus illam stare videtur Sanctus Doctor . Quartò displicet hæc existimata cōcordia , quoniam , vt videre licet apud Leybam numer. 115. & passim , Abraham nativitatem referit ad annum septuagesimum Thare , id quod fieri non potuisse , ex sacra pagina ostendimus sectione 4.*

7 Quinto : quia juxta eundem Aucthorum primus annus magnus completus fuit in raptu Henoch , vt identidem in suo opere afferit , & ex instituto propugnat veluti primam ac præcipuam suæ concordie partem , vt earnere est signanter numero 111. deinde ipse Author numero 145. & saepe inquit , completum fuisse hunc primum annum magnum in infantia Lamech ; sed quia (inquit) veritas sibi satis cavet , & fide ju-

jubet, vide qualiter ab infantia Lamech nepotis scilicet Henoch, cuius tempore raptus avi sui contigit, habeant Septuaginta Interpretes omnes annos generationum in vulgata expressos, ab Adam usque ad Abraham, quod evidentissimum argumentum est, totam additionem centenariorum factam, exprimendi tantum gratia Chronologiam Henoch; & quod ab infantia Lamech, nepotis scilicet Henoch, nihil ultra addant ad annos vulgatę Septuaginta Interpretes quod ita patet, si colligas annos additos ad Vulgatam. Haec tenus ille. At hęc sibi contradicunt, & sacrę paginę repugnant: igitur ruit ab hoc authore tradita concordia.

8 Minor, quę tantum probatione indiget, fulcitur, & in primis, quod Henoch raptus non sit in infantia Lamech, ostenditur sic: Henoch cum esset sexaginta quinque annorum genuit Mathusalam, *Genesis cap. 5. versu 21.* Vixit quoque Mathusalam 187. annis, & genuit Lamech, ut in eodem *Genesios c.v.25.* habetur: igitur dum Lamech natus fuit, Henoch 252. annos agebat: at dum raptus fuit Henoch, ipsius anni erant 365. ut dicitur *c. 5. Gen. versu 23. & 24.* nec Leyba diffitetur: igitur dum Henoch raptus fuit, Lamech agebat annum 113. quoniam 252. & 113. conficiunt annos 365. enī igitur Lamech infantiam

113. annorum in qua Leyba inquit, raptum fuisse Henochum, quod absurdum à nemine devorari poterit.

9 Præterea: si in infantia Lamech completus fuit annus primus Cynicus, ut ipse Author ait, utique ille annus Cynicus terminari non potuit in mirabili raptu Henoch, sed 113. annis ante raptum ipsum Henoch, erat jam annus magnus completus; siquidem Henoch raptus fuit 113. anno Lamech, quod iterum repugnat structurę, & concordię traditę à Leyba, qui in id maximè nititur, ut ostendat in raptu Henoch fuisse primum annum magnum completum. Nec difficultatem elevare potest, quod Leyba concedat sex annos infantie Lamech, quia ut vidimus adhuc deficiunt 7. supra 100.

10 Sextò illustratur, quoniam juxta Leybam Septuaginta Interpretes per additionem centenariorum tradiderunt nobis annos verè elapsos in Patrum generationibus: tum sic, in editione Septuaginta dum Henoch genuit Mathusalem, agebat annum 165. Mathusalem verò dum genuit Lamech, erat 167. annorum, ex quibus conficitur summa 332. annorum vitae Henoch in nativitate Lamech, & usque ad 365. quot nempe agebat Henoch, dum raptus fuit, deficiunt

ciunt anni 33. vitæ scilicet Lamech , quot
vtique annos nemo cujasquam infantia
dedit.

11 Ergò vel falsum est , quod rap-
tus fuerit Henoch in infantia Lamech , vel
fieri non posuit , quod fuerit raptus Henoch ,
dum esset 365. annorum : primum est con-
tra Leybam , & destruit artificiosam ejus-
dem concordiam : secundum non modo est
contra ipsum Authorem , sed præcipue re-
pugnat Vulgatae , immo , & Septuaginta Se-
niorum editioni , vt ipse Leyba sæpè fatetur ,
nec infiteri potest , nam ex eorundem Septua-
ginta editione patet , videatur ipse Leyba
numero 9. ruit ergò hujus Authoris tradita
concordia.

12 Veruntamen , etsi largiamur ,
quod falsum est , scilicet Lamech natum
fuisse eodē anno , quo Henoch raptus fuit , in-
firma etiam est supputatio hujus Authoris , ad
annum magnum in prima ætate subducen-
dum : quippe ait numero 166. & multis alijs
in locis , quod de vulgata sumpti sunt anni
880. & ad ipsos ab Adam usque ad La-
mech additis sūt 580. ab ejisdem Septuaginta
Senioribus , ex quibus resultat summa anni
magni 1460.

13 Coeterum vt ajebam hęc subdu-
cendi calculos ratio consilere nequit , quoniā

in Vulgata à primo parente usque ad nativi-
tatem Lamech non reperiuntur nisi 875. an-
ni , vt ex cap. 5. Genesios patet , videre que li-
cebit in tabella supra exarata , ipseque Ley-
ba id fatetur alibi , nempe numero 138. folio
62. littera C. idemque observat Pater Salia-
nus ad annum mundi 875. quapropter de-
sunt 5. anni ad complendum numerum anni
magni nempe 1460. additis etiam , vt sup-
ponimus 580. juxta aditionem Septuaginta
Interpretum.

14 Sed inquires ex Illustrissimo Ley-
ba num. 144. & sæpè alibi , addendos esse
sex annos ex infantia Lamech , quibus confici-
tur integer annus magnus annorū 1461. Ve-
rumenimverò contra 1. quia si ad placitum
licet numeros addere , & detrahere , quel-
libet nullo negotio summa confici poterit ; at
sex illi anni ex infantia Lamech sine funda-
mento adduntur , vt ex dictis ostenditur , &
magis infra patebit.

15 Contra 2. quoniam eti , additis
prædictis sex annis , conficiatur summa anni
magni , & Cynici , concidit tamen Autho-
ris artificium , quod in eo maximè confisi-
t , vt in 365. annis vitæ Henoch , dum
raptus fuit , lateat completus creationis
mundi annus magnus ex multiplicatione
365. per quatuor conficienda ; id , quod satis-
simè

simè Author inculcat , sed præcipiè numer. 143. vbi hanc à se propugnandam tradit affirmationem , nempè : *Septuaginta Interpretes*, *Chronogiam raptus Henoch terminari à Moyse* , jam finito 1. anno mundi magno ex Hieroglyfico ejus interpretati sunt. Hieroglyficū verò ipse Author ait, esse numerum 365. annorum vitæ Henoch : Patet igitur quod Author debet, & nititur ostendere , quod in raptu Henoch completus erat, atque finitus annus magnus creationis mundi , nempè 1461. id quod numero 162. iterum inquit per hæc verba : (ex supra dictis à numer. 75. constat quod Septuaginta Interpretes sic expulerunt annum magnum Henoch , id est tempus 1460. annorum , quibus translati Henoch raptus , & disparatio contigit, &c.) Sed juxta Leybam post raptum Henoch addendi sunt sex anni infantiae Lamech , vt compleatur annus magnus : ergo falsum est Leybæ assumptum , nempè annum magnum fuisse completum in raptu Henoch.

16 Unde cum, juxta eundem Illustrissimum Leybam , Henoch raptus fuerit non anno 6. vitæ Lamech , sed in anno primo ejusdem , additio sex annorum infantie Lamech nihil prodest pro explicando integrō , & absoluto anno magno 1460. seu 1461. annorum. Consequentia est legitima:

an-

antecedens vero patet ex ipso Leyba , tum ex citatis ipsius locis , tum ex numero 138. pagina 62. littera C. sic ajente : Et ipsi Septuaginta Interpretes vtuntur mensura arvali Ægyptij anni magni , centuriæ annorum addendo 586. annos suprà Vulgatam lineam ab Adam usque annum primum Lamech , & Cynicum, juncti simul anni 1461. anni communes omnes ynius anni magni. Et magis dilucidè in præmisso unico secundi medij pagina 120. ib : Moyses namque describens Chronologias Patrum scopum sibi constituit describendi illustrissimi eventus raptus Henoch tempus , quod fuit anno nativitatis nepotis ejus Lamech , qui ultimo anno vulgaris anni cynici natus ante se annos reliquit à creatione mundi 1460. Hæc Leyba.

16 Ex quo evidenter conficitur 1. quod sex anni ex infantia Lamech additi à Leyba nihil conferunt pro complendis annis 1460. vtpotè elapsis ante ejusdem Lamech nativitatē, vt ipse Leyba fatetur. Secùdò conficitur , quod in anno primo nativitatis Lamech completi fuere 1461. anni constituentes perfectum annum magnum , in cuius termino , seu anno ultimo juxta eundem Leybam raptus fuit Henoch : igitur præfati sex anni , additi à Leyba, iterum nihil conferunt ad complendum annum magnum Henoch.

noch. Tum sic , sed vt supra ostendimus ad ditis etiam annis 580. quos Septuaginta Interpretes addunt in Patribus vsque ad nativitatem Lamech inclusivè acceptam,& computatis simul 875. annis , quos Vulgata describit, vsque ad dictam nativitatem Lamech, inclusivè acceptam , desunt quinque anni ad complendum annum magnum 1460. & consequenter deficiunt sex pro perfecto anno Cynico 1461. annorum : igitur ruit excogitata à Leyba concordia , nec juxta ipsum perfici potest mysterium anni magni Henoch, tempore raptus ejusdem Henoch , & nativitatis Lamech.

SECTIO XIV.

Præcluditur quadam Erasio , & prefata concordia denuò infringitur.

IDices aliter ex eodem Authore premesso 5. numer. 128. quod illi sex anni , qui adduntur ad completionem anni magni, nec pertinent ad generationem Mathusala , nec ad generationem filij sui Lamech , solum quippe sunt complementum primi anni magni. Hæc præsatus author. Sed contra 1. quoniam juxta eundem in *præmisso* unico secundi medij pagina 120. Moyses describens Chronologias Parvum scopum sibi constituit describendi illustrissimi

Præcluditur quadam , &c. Sect. 14. 83
simi eventus raptus Henoch tempus , quod fuit anno nativitatis nepotis ejus Lamech , qui ultimo anno Vulgari anni cynici natus , ante se annos reliquit à creatione mundi 1460. sed juxta eundem Leybam , iij sex anni, de quibus modo differimus , sunt complementum primi anni magni completi perfectè in nativitate Lamech : igitur præfati sex anni pertinent tum ad Lamech penes annum nativitatis ipsius , tum ad Mathusalam penes reliquos 5. nullum igitur est , eosdem sex annos nec ad Lamech , nec ad Mathusalam pertinere.

2 Contra 2: per te iij sex anni adduntur ad complementum anni magni perfecti , in nativitate Lamech: igitur vel pertinent ad ipsum Lamech , vel ad parentem ipsius , vel ad aliquem ex Proavis , seu Atavis dicti Lamech ; sed ad nullum ex ijs pertinent juxta Leybam , nec juxta calculos editionis Septuaginta Interpretum : gratis ergo , & pro libito adduntur. Contra 3. quia juxta ipsum Leybam numer. 144. fine , enumerantem annos vsque ad raptum Henoch elapsos , & constituentes annum magnum Cynicum ; assignantur exprestè sex anni ex infantia Lamech : igitur contraria , & contradictoria penitus assertit Leyba , dum inquit , præfatos sex annos pertinere , & non

pertinere ad Lamech, & tandem conficitur aliunde concordiam à Leyba traditam subsistere non posse.

SECTIO XV.

Ex Sacra pagina Valiodori argumento evertitur præfata sententia, eademque contraria Vulgate editioni ostenditur.

1 **Q**uamvis firmis adeò rationibus reiecta manere videatur excogitata à Doctore Leyba concordia, scinditur vñterius ex Sacra pagina juxta Vulgatam, omninoque retinendam lectionem, id, quod patet facere aggredior.

2 Primò; quia *Genes̄is cap. 5. in Vulgata* sic habetur à *versu 3:* Vixit Adam, 130. annis, & genuit ad imaginem, & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus, Seth, & facti sunt dies Adam, postquam gennit Seth 800. anni, genuitque filios, & filias, & factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni 930. & mortuus est. Porro in hoc sacro textu tria dissentē proferuntur ad institutum nostrum observanda: primum, tempus, quo Seth genitus fuit: secundum, tempus, quod egit Adam postgenitum Seth: tertium, omnes dies vitæ Adami.

3 *Sed si lectionem Septuaginta Se-*
niorum

niorum retinere in hoc velit Leyba, stare non potest, quod afferitur in Vulgata lectione: ergò nulla est possibilis concordia inter lectionem vtramque: probatur minor, quoniam in codicibus Septuaginta Seniorum *Genes̄is cap. 5. sic habetur: Vixit Adam 230.*, annos, & genuit ad figuram suam, & ad imaginem suam, & vocavit nomen ejus Seth: facti autem sunt dies Adam, quos vixit, postquam genuit Seth 700. anni, & genuit, filios, & filias, & facti sunt omnes dies, Adam, quos vixit 930. anni, & mortuus, est. Hæc apud 70. Seniores, quæ si cum assertis in lectione Vulgata componere quispiam velit, impossibile comperiet: etenim si vtramque contendat retinere lectionem, vtramque falsam dicere opus erit.

4 Id quod in hunc modum probatur: lectio Vulgata inquit, quod Adam postquam genuit Seth, vixit 800. annos, juxta Septuaginta autem, dum Adam genuit Seth jam annos agebat 230: his porrò annis simul sumptis, conficitur summa 1030. annorum, quod vtrique versioni aperte repugnat, cum juxta vtramque Adam solum vixerit annos 930: ergò si vtraque versio verum habet, nulla verum dicit, quoad hanc partem.

5 Secundò: lectio Vulgata ex 930. annis vita Adami, afferit postgenitum Seth,

800. annos vixisse Adamum: ergo dum Adam genuit Seth solum agebat annos 130. sed iuxta Septuaginta eodem generationis tempore, non solum 130. sed etiam 230. vita annos agebat Adam: igitur ex diametro, & contradictoriè, quoad hanc partem, opponuntur versiones Septuaginta, & Vulgata.

9 Explicatur: Adamum, dum genuit Seth, egisse 230. annos, & solum egisse 130. centradiictoria sunt: æquivalent enim his propositionibus, *Adamus dum genuit Seth, agebat annos 230. Adamus dum genuit Seth, non agebat annos 230.* quæ planè contradictoria sunt; sed prima harum propositionum affirmatur in lectione 70: secunda verò, & negativa probatur ex Vulgata: igitur quoad hanc partem contradictionia reperiuntur in editiōnibus prædictis. Consequētia est legitima, & ex assumptionibus prima patet, secunda aurem probatur, non solum, quia in Vulgata Adam dum genuit Seth dicitur vixisse 130. annos, cum tamen apud Septuaginta eodem tempore afferatur vixisse 230. sed etiam urgentiori complexione; quoniam in Vulgata post generationem Seth, afferitur, Adamum vixisse 800. annos: vnde cum omnes Adami dies solum fuerint 930. anni, iuxta versionem utramque: conficitur evidenter,

jux-

juxta Vulgatam, quod in generarione Seth, solum agebat Adamus annos 130. hoc est, quod non agebat 230. quæ erat contradictoria probanda.

7 E regione apud Septuaginta, dum Adam genuit Seth, dicitur vixisse 230. annos, & præterea postgenerationem Seth dicitur Adamus vixisse 700. annos, quam obrem ad conficiendam summam annorum 930. quos tota Adami vita complexa est, opus est, vt 230. annos vixerit ipse ante generationem Seth, ideoque aperte apud 70. Seniores legitur, quod, dum Adam genuit Seth, agebat jam annos 230: ergo evidenter præfatae contradictiones habentur in lectionibus Vulgata, & Septuaginta: & consequenter luce meridiana clarius est, nullo födere utramque lectionem adstringi, & congruere posse. At Vulgatae autoritatem, sacra edicente Tridentina Synodo, colere debemus: ergo in hac parte rejicienda venit lectione Septuaginta, tanquam descriptorum vitio commentitia, & proinde illa ex anno magno cogitata à Leyba conciliatio penitus ruit.

8 Similes contradictiones efformari possunt in Adami eadem Chronologia juxta præfatas Vulgata, & Septuaginta lectiones: quoniam juxta Vulgatam postgenitum Seth, Adamus vixit 800. annis, sed juxta Septua-

ginta Interpretes , postgenitum eundem Sethi , Adamus nō vixit 800. annos sed tantum 700: contradictoriè ergò lectiones hæc opponuntur . Nec tantum in hac Adami Chronologia dissident prædictæ lectiones , sed etiam in alijs subsequentibus , nempe in generationibus 2. 3. 4. 5. & 7. in quibus tot annorum centenaria , quot sunt generationes adduntur à Septuaginta Interpretibus ante nativitatem prædictorum Patrum : eademque centenaria demunt post Patrum generationes usque ad terminum vitæ illorum ; vnde similes etiam contradictoriæ penes utramque versionem efformari queunt in prædictis generationibus.

9. Immò , & in octava generatione , scilicet , dum Mathusalam geruit Lamech , vbi in lectione Septuaginta auferuntur anni 20. contradictria etiam inter utramque lectionem reperitur oppositio; quoniam dum Mathusalem geruit Lamech , juxta Vulgatā , erat annorum 187. at juxta Septuaginta ipse non erat 187. annorum : igitur contradictria opponuntur sacræ lectiones . Major patet ex Vulgata , minor ex Septuaginta , quia postgenitum Lamech , juxta eandem lectionem 70. vixit Mathusalam 802. annis , totaque ipsius vita fuit 969. annorum , juxta utramque lectionem : ergò dum Mathusalam genuit

Ex Sacra pagina, &c. Sect. 15. 89
nuit Lamech juxta Septuaginta Interpretes solū erat annorum 167. & non annorum 187. vt Vulgata asserit , additis quippe 167. suprà 802. fit summa totius vitæ Mathusalem , nempe 969. annorum : contradictria igitur in utraque vertione habentur , & hæc quidem pertinent solū ad Sacram Chronologiam ante Diluvium , & ferè integrum *caput quintum Genesios* , complent.

10. Post Diluvium verò haud minor reperitur contrarietas in eisdem lectionibus , vt videre licet *cap. 11. Genesios* , penes Vulgatam , & juxta lectionem Septuaginta , *eodem capite* ; quoniam primò in Vulgata dicitur Arphaxad 35. annorum , dum genuit Sale , mediately scilicet , & immediatè Cainan , vt suprà vidimus ; postgenitum verò Cainan , asseritur vixisse Arphaxadum 303. annos ; apud Septuaginta verò , dicitur , Arphaxad 135. annorum , dum genuit Cainan , & post-generationem Cainan attribuuntur ipsi Arphaxad anni vitæ 300: vnde oppositionis discrepantia reperitur , tum in eo , quod 100. annos ei addant Septuaginta Interpretes , ante ortum Cainan ; tum in eo , quod tota vita Arphaxad juxta Vulgatam fuit tantum 338. annorum ; at juxta Septuaginta vixit Arphaxad 435. annos ; vt ex Superiori tabella , & textu Septuaginta patet ,

11 Consimiliter suprà annos Vulgatæ ante ortum Patrum, addunt Septuaginta Interpretes 100. annos generationibus 14. 15. 16. 17. & 18. Immò annos 150. addunt generationi decimè nonę, Nachori scilicet Patri Thare; post generationes verò aliquando minor est vitæ annorum numerus, apud Septuaginta, aliquando autem major.

12 In Sale quippè, cum juxta Vulgatam, postgenitum Heber, concedantur illi anni vitæ 3. suprà 400: apud Septuaginta solum illi assertuntur 330. Deinde Heber, postgenitum Phaleg, conceduntur in Vulgata anni 430: in lectione Septuaginta solum 270. In Phaleg. verò, Rhei, & Sarug congruunt anni post generationem in vtraque versione; at longior 100. annis est vita horum Patrum juxta Septuaginta Interpretes, propter additionem 100. annorum, ante generationem illis assertam. Nachori autem, cum Vulgata concedat 119. annos, postquam genuit Thare, in lectione Septuaginta adscribuntur illi 125. sex nempè excessus, ex quibus omnibus plura fluunt contradictoria, quæ insipibilem vtriusque concordiam versionis ostendunt.

*** *** *** *** SEC.

SECTIO XVI.

Ex confutatione responsionis cuiusdam, nostræ sententia nova afferetur confirmationis,

I PEnitus D. Leybam latere haud potuit proposita contradicatio, ideo illi respondere conatur in medio 3. sectione 2. à numer. 474. vbi sic, habet: Formulæ factæ in generationibus à creatione mundi usque ad raptum Henoch, in Vulgata immitantur methodum scribendi instrumenta publica Hierophantarum, si, vè Solis Sacerdotum Orientalium, antiquis, sūorum in Historijs Sacrorum suorum, qua brevi ambitu numerorum annos, quos scribere voluiscent, correspondentibus Sothicis, lustris insinuabant, sicque ænigmatisco, atque regulato compendio, Chronologias tradebant suas, vt in 4. premisso latè ostensum, est: in his apprimè instructus Moyses ipsorum flaminum commertio in Ægypto, scopo, & meta in raptu Henoch collocata, ali, quibus de anno mundi magno primo, numeratis quadrantibus, cum nollet, nisi mirabilem, & illustrissimam illam Henoch, epocham annis Sothicis describere, vt moris erat, prædicti Henoch Progenitoribus, illos, in

in suis generationibus annos designavit ante nativitatem Henoch, quibus omniō non absumerentur 1461. de anno magno primo, mundi regulares anni, sed summo studio reliquit sine expressione annos mundi 840. & in linea postgenerationes Patrum recondidit. Hac ad litteram Author citatus.

2 Et cum sibi objecisset contradictionem, quam praecedentibus *sect. 15. & 16.* experdimus, pergit ille numer. 480. & inquit: respondetur infirma: non potest esse major, contrarietas, & antinomia magis implacabilis, quam dicere, Adam genuit 130. anno, vitæ suæ: Adam genuit anno 230. vitæ suæ:, & hoc de solo filio suo Seth. Distinguo: si, ambæ enunciationes haberent formulas suas, ex calculatione annorum expansorum, &, multiplicatione Sothicorum sumptas, concedo antecedens: si enunciatio Vulgatæ accipiatur cum Sothicis 25. (quibus correspontent 100. postgenerationem,) & enunciatio Septuaginta cum ipsis, id est, cum expressione multiplicationis Sothicorum, nego antecedens: hac enim ratione est toto cælo diversitas computationum; nam Vulgata, sua computatione Ægyptiaca, tacite, &, implicitè continet, in 365. Henoch, annos, ex eorum multiplicatione 586. ante Diluvium, quos Septuaginta ex ipsa multipli-

catione reperierunt inclusos à Moyse post, generationes Patrum, vndē sumptent ad, 875. de ipsa multiplicatione à Moyse expressos ab Adam usque ad nativitatem La- mech nepotis Henoch, vbi complectitur, 1461. quos valent 365. anni Solis Henoch: quod æqualiter contingit in 365. Abraham, à biennio post Diluvium, vbi illi 1461. anni, eadem ratione consurgunt, & sunt de duobus annis magnis expressæ enuntiationes, pro duobus annis Solis Vulgata in Henoch, & Abraham expressæ à Moyse.,

3 Et paucis interiectis subdit idem, Leyba: Vnde breviori distinctione respon- detur ad difficultatem de antinomia formularum omnium, si dicamus: non potest, esse majot antinomia, si formulæ accipian- tur secundū explicitum, concedo; si ac- cipientur secundum implicitum, & explici- tum, nego; quia sic sunt formulæ identicæ, vt ex æqualitate, quam habent vitæ Patrum, à nativitatibus ad mortes inter versiones, est, manifestum: & tantum resultant ipsæ vitæ, in principijs, id est nativitatibus, & in fini- bus, id est, in mortibus suis in annos duos, magnos distributæ, vt patet in Henoch, &, in suis progenitoribus, & in Abraham, &, in suis progenitoribus, qui nascuntur intra, annos illos duos magnos, qui in completio-

ne primi anni magni , & in completione secundum anni magni habent terminum , vnuus , quisque eorum sui anni Solis , scilicet 365. annorum , quasi pro resumine , & comprehendio omnium annorum 1461. quos valent ipsi singuli anni Sothici , sive quadriennia dierum 1461. quibus expressi sunt ex , 487. qui vel semel inveniuntur in triente , 4. Vulgata , vel bis sunt anni 365. duorum annorum Solis , qui sunt 1948. ex illis characteribus Aegyptijs in Vulgata ab Adam ad nativitatem Abrahæ , & 1826. fine 122. in nativitate Henoch ab Adam vixque ad eam , Hactenus Leyba. ,

4. Et ut ejusdem mens quodammodo inclarescat magis , tandem subjungam , quod ipse Author num. 334. follio 239. inquit , nempè , quod Nihil obstat diversitas in distantijs in mortibus à distantijs in , nativitatibus , & inter mortes cum dictis , Vulgata , & cum versione Septuaginta ad , equalitatem in vitis inter verliones ex eo , quod Septuaginta Interpretum non fuit , alias finis , quam demonstrare duos annos , magnos , quidquid sit de Chronologis in , mortibus , quia sufficienter ostendunt ex , collectione finali distantiarum , quod vitas , æquales relinquunt artificio admirabili ad- , dendì ad generationes annum , quem tol- , lunt

Iunt de post generationes. Sic ille.

5. Sed in sufficienter ; nam primò contradictoria , quæ sibi Leyda obiicit , nempè , Adam genuit 130. anno vite sue . Adam genuit anno 230. vite sue , quamvis referantur ad solam , & vnicam generationem Seth , contradictoria non sunt , quia vtraque illarum propositionum est affirmativa : secundo , quia minor summa continetur in majori , vndē in aliquo sensu possunt esse veræ ambæ enunciations , ideoque nec contradictoriæ sunt.

6. Cœterum contradictoriæ , quas adversus Leybæ concordiam nos contorquimus sunt propriè tales , nimirum , Adam dum genuit Seth , erat annorum 230: Adam dum genuit Seth , non erat annorum 230. quæ respectu ejusdem , & vnicæ generationis Seth , præculdubio contradictoriæ sunt ; at verificantur ex vtriusque editionis textu , prima nempè , ex Septuaginta: secunda ex Vulgata. Secundo sunt contradictoriæ , Adam postquam genuit Seth vivit 800. annos: Adam postquam genuit Seth , non vivit 800. annos. Tertiò , omnes dies Adam fuerunt 1030. anni: omnes dies Adam non fuerunt 1030. anni , quæ etiam ex vtraque lectione verificantur , ex dictis sect. 15 igitur triplicia hæc contradictoria , quæ manifestè ex vtraque lectione Vulgata , & Septuaginta efformari possunt ,

sunt, si vtraque lectio constans, & minimè
vitiata afferatur, prout à Leyba afferitur, ve-
rificari debent, quod est impossibile.

7 Nec cujusquam ænigmatisæ com-
putationis, nec arvalis mensuræ beneficio in
concentum redigi possunt præfatæ enuncia-
tiones, quamobrem Leybe responsio oppug-
nanda venit secundò, & multipliciter; nam
si Moyses in annis, quos refert ante Patrum
nativitates, juxta hebraicam, & Vulgatam
lectionem, compendiosa vteretur descrip-
tione, atque arvali mensura, profectò ante
ortum Seth, ageret Adamus 230. annos, vt
ipse Leyba contendit; sed juxta eundem Mo-
ses, vt in Vulgato, & Hebraico textu con-
picitur, Adam postquam genuit Seth annos
vixit 800: igitur omnes anni Adam, in præfa-
ta hypotesi, fuissent 1030: totidem enim re-
sultant ex 230. ante ortum Seth, & ex 800.
post ipsius Seth nativitatem.

8 Tum sic; sed juxta Septuaginta
Interpretes in eodem cap. 5. *Genesis*, omnes
dies Adam non fuerunt nisi 930. anni: igitur
si Moyses dicatur vti arvali mensura, &
compendiosa descriptione in enumerandis
annis, quos Patres agebant ante filiorum or-
tus, disident, & valde opponuntur versio-
nes Vulgata, & Septuaginta Seniorum, quoad
tempus totius vitæ Patrum.

9 Et quidem non tantum in Adami
Chronologia. & annis vitæ ipsius, id dissi-
diij ostenditur inter versiones præfatas, sed
etiam in aliorum Patrum Chronologijs, ea-
dem reperitur discrepancia, nempè in sex
generationibus ante Diluvium, & post Di-
luvium in septem alijs: dicendum ergo est,
nullam, & inanem esse concordiam à Leyba
traditam.

10 Tum, quia licet compendiosa
descriptionis artificio, arvalis scilicet men-
suræ, versio Septuaginta, & Vulgata con-
gruant, in annis Patrum ante filiorum ge-
nerationem, discrepancia remanet ingens, in
annis eorundem Patrum post generationes
filiorum, usque ad vitæ terminum; quia in
annis post generationes, & nativitates filio-
rum, vt ipse Leyba frequenter ait, præci-
piè num. 481. Moyses reliquit mensuram
arvalem Ægyptiacam centeniariorum; at idē
Moyses inquit, Adamum postgenerationem
Seth, vixisse annos 800. Septuaginta verò
Interpretes afferunt, 700. tantum vixisse: er-
gò nullius arvalis mensuræ artificio, in con-
cordiam redigi valent præfatæ editiones. Con-
similis discrepancia cernitur in alijs pluribus
Patribus, adhuc post Diluvium, juxta eas-
dem editiones.

11 Tertiò, si ea arvali mensura,
etiam

etiam in annis ante ortum Patrum, non vti-
tur Moyses, ruit sanè Leybę concordias; sed
luculentissimè conspicī, potest, ea arvali men-
sura non vsum fuisse Moysem in tradenda
Chronologia, quæ ad annos ante ortum Pa-
trum attinet: ergò ex integro Leybę doctri-
na scinditur: secunda assumptio, quæ diffi-
cultatem continet, ostendit ex dictis; exem-
pli sit ortus Seth; Moyses enim, & Septua-
ginta examissim congruunt, in eo quod
Adamo solum tribuant 930. vitæ annos. Por-
rò ex his annis, dicuntur 800. elapsi post ge-
nerationem Seth in textu Moysis: ergò so-
lum supersunt 130. attinentes ad vitam
Adami perductam ante ortum ipsius Seth:
consequentialia patet.

12 Tum sic: ergò, dum Moses
inquit, quod Adamus erat 130. annorum in
generatione Seth, nullo annorum compen-
diō, nec ænigmate, nullaque arvali men-
sura vsum est, sed complete, ac planè om-
nes annos, verè elapsos ante ortum Seth no-
tatos reliquit. Eadem demonstratio confici
potest in alijs Patribus ante Diluvium, scili-
cet in Seth, Henos, Cainan, Malaleel, He-
noch, & post Diluvium in Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Sarug, Nachor, vt constat
ex cap. 5. & 11. Genesios, prætermisso Caina-
no, de quo suprà satis.

13 Quartò: eatenus possent in con-
cordiam devenire Vulgata, & 70. quatenus
Moyses in Vulgata, & Habraica lectione,
ænigmatica arvali mensura vtens reliquisset
sine expressione annos Mundi, quos Septua-
ginta Interpretes exprimunt, & in linea post
generaciones Patrum, ipse Moyses recondi-
sisset, vt Leyba inquit num. 474. & 480.
suprà citatis, & ad literam excerptis; sed
impossibile est, ita se gesisse Moysem: ergò
nulla stare potest concordia. Consequentia
est evidens, major ipsa Leybę sententia.

14 Probo igitur minorem; quia si
id Moyses fecisset, mendax fuisse, nec vnius
tantum, sed plurium esset mendaciorum reus;
sed hoc, vel cogitare, horrescit animus: et
ergò impossibile est, quod res ita segesserit.
Assumptum liquet; quoniam afferere, quod
Adamus vixit 800. annos, postquam genuit
Seth, si tantum in hac vitæ periodo vixisset
Adamus annos 700. mendacium esset, vt ex
terminis patet; at juxta Leybam ita se res
habuit; nempe Adamus postgenitum Seth,
solum vixit 700. annos, reliquos enim 230.
ante ipsius Seth generationem elapsi erant:
Moyses vero inquit in Hebræo, & Vulgate
textu, quod Adamus vixit 800. annos, post
genitum Seth, & 130. ante ipsius Seth gene-
rationem: igitur Moyses, juxta dicta à Ley-
ba,

ba , mendax fuit in tradenda nobis Chronologia Adami ; immò , & in Chronologijs aliorum Patrum describendis , in quibus addit Moyses annos postgenerationem Patrum tot , quot tacuit ante eorundem Patrum generationes . Hujus horrofici absurdii nunquam est memor Leyba , id quod satis mirum est , cum in eo difficultatis cardo nitatur .

15 Gliscit verò idem ingens absurdum ; quoniam ; cum ex 930. annis totius vite Adami , tribuantur ipsi à Moyse 800. post Seth genitum , dum idem Moyses ait , quòd Adam erat 130. annorum , quando genuit Seth , sensum habet plurimum annorum exclusivum assertio ista , id est , quòd tunc temporis Adamus annos tantùm agebat 130. probatur ; non enim fieri poterat , quòd ex 930. annis totius vitae egisset Adamus plusquam 130. ante genitum Seth , si postquam illum genuit , vixit 800. annos , vt sacer textus habet , juxta Hebraicam , & Vulgatam lectionem : igitur , dum Moses inquit , secundum prefatas editiones Hebraicam , & Vulgatam , quòd Adam vixit 130. annos , & genuit Seth , profectò asseruit , quòd Adam filium vixerat annos 130. dum ipse genuit Seth . Id autem mendacium esset , si jam tunc 230. annos vixisset , vt habetur in lectione Septuaginta , & vt propugnatur à D. Leyba . Unde fit ,

fit , quòd esset quoque mendacium , asserere , post genitum Seth , vixisse Adamum 800. annos , vt Vulgata , & Hebraica lectio habent . Subindeque plura alia fuissent à Mose asserta mendacia in cæterorum Patrum traditis ab ipso Chronologijs . Id quod nemo dicere audeat .

16 Quintò , quām ingens absurdum esset , si Moyses ex annis ante Patrum generationes decursis , quosdam prætermisssisset , maximè autem tot annorum centenaria , quot addita reperiuntur in codicibus Septuaginta , innotescer ex eo , quod obseruant Josephus , lib. 1. Antiquit. cap. 3.D. Augustinus lib. 6. de Civit. Dei cap. 10. P. Benedictus Pererius , lib. 7. com. in Genes. disp. de Chronol. quæst. 1. P. Jacobus Gordonus in quæst. Chronol. cap. 3. & reliqui communiter : nimirum , ad temporis suppütationem eruendam , eos tantum annos ex vitis Patrum sumendos esse , quos natus erat Pater , quando genuit filium ; iisque anni propterea Chronologici vocantur , censenturque : eos verò , quos Pater deinceps vixit postgenitum filium , ad hunc Chronologiae scopum nihil conferre , sed rei ciendos potius , quòd sint communes filio , aut nepoti ; aliqui bis poherentur , cum recenseantur etiam in Chronologia filij . Quapropter si Moses prætermisssisset tot annorum centena-

ria in Patrum vitis ante generationem filiorum , falsam nobis tradidisset historiam , & Chronologiam, quod vel cogitare , horrescit animus.

SECTIO XVII.

Authoritate D. Augustini, & ex eo quod quatuordecim annis Diluvio supervexisset Mathusalem; refellitur pralibata concordia.

1 R *Evincitur prefata concordia, quia, retenta lectione Septuaginta, sequitur, Mathusalem quatuordecim annis supervixisse Diluvio: cum tamen certo constet, eum non fuisse in illo octo animalium numero, quas Divus Petrus memorat in epistola 1, sua cap. 3. versu 20. ibi: in qua (scilicet arca) pauci, id est octo anima salve factae sunt per aquam.* Porro in arca ingressi fuerunt Noe, & Sem , & Cham , & Japhet , vxor illius , & tres vxores filiorum ejus , Genesis 7. num. 13.

2 Sequela facile probatur ; nam juxta editionem Septuaginta, Mathusalem erat 167. annorum, dum genuit Lamech, his addi 188. ejusdem Lamech , antequam Noe nasceretur , & 600. annos , quos vixerat Noe, quando supervenit Diluvium , inveniesque Mathusalem ad quatuordecim annos Diluvio supervixisse , nam 167. & 188. cum 600. summa

Authoritate D. Augustini, &c. Sect. 17. 103
mam exhibent 955. quo tempore re vera adhuc quatuordecim annis aberat Diluvium ; & totidem finis Mathusalem, quē ex cap. 5. Gene seos constat, vixisse annos 969. at codices Septuaginta Interpretum anno Mathusalem 955. ponunt Diluvium: ergo Mathusalem ei quatuordecim annis supervixit , siquidem tota Mathusalem vita fuit 969. annorum.

3 Respondet Leyba numer. 247. Mathusalem sex annis ante Diluvium mortuum fuisse , quod vt propugnet, adducit Dilectum Augustinum lib. 15. de Civit. Dei, cap. 13. sic ajentem : sed quomodo libet istud acceptiatur, sive credatur , ita esse factum , sive non credatur , postremō ita , sive non ita sit , recte fieri nullo modo dubitaverim , vt cum diversum aliquid in codicibus invenitur , quando quidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei potius lingue credatur , unde per Interpretes facta est in aliam translatio. Nam in quibusdam codicibus gracis tribus , & uno latiano, & uno etiam syro inter se consentientibus inventum est Mathusalem sex annis ante Diluvium fuisse defunctum.

4 His Divi Augustini verbis adductis , quasi clasicius canit Leyba ; ceterum frustra , vt infra videbimus , prius enim opportet excerpere , quomodo hoc suum assertum idem Author tueatur , igitur afferit,

Mathusalem natum fuisse non anno 165. Patris sui Henoch, ut in lectione Septuaginta habetur, sed anno 146. ipsius Henoch, id est annis 19. ante id temporis, quod nativitati Mathusalem assignant Septuaginta; & numero 347. idem Leyba inquit, hoc ideo esse factum, quia cum sint in versione Septuaginta Henoch 365. vite, & similiter in Vulgata, quia est ipsa Sothicorum annorum Solis, sunt ex versione 70. in littera anni generationis Henoch 167. in eadem littera, filij, ejusdem Henoch, Mathusalem sunt 167. generationis, qui anni simul sunt 332. à nativitate Henoch usque ad nativitatem Lamech, nepotis ejus, ubi Vulgata tantum habet 65. Henoch, & Mathusalem filii ejus 187. qui sunt 252. in ipsis duabus generationibus Henoch, & Mathusalem, ab ejusdem Henoch nativitate ad nativitatem Lamech, excedunt Septuaginta Vulgatam tantum in annis 80. sequitur evidenter, quod retardatio à Septuaginta facta tam in generatione activa Henoch, quam in passiva Mathusalem generatione, non aliam novitatem, quam relinquere generationem activam Henoch relatam ad annos 145. in Septuaginta, & passivam generationem, sive nativitatem Mathusalem, acceleratam in annis 20. & ideo 167. habent annos in ea Septuaginta, qui in Vulgata sunt 187. ubi Septuaginta non tollunt de Vulgata litera 30. in Mathusala, sed in

Autoritate D. Augustini, &c. Sect. 17. 105
in additis 100. ad Henoch patrem suum propter quod habent Septuaginta annos 332. à nativitate Henoch ad nativitatem Lamech, nepotis sui, qua ratione est evidens citra autoritatem Divi Augustini, quod Mathusalam abiit annis sex ante Diluvium, quod quia à nemine est animadversum, incensus est sine fundamento metus, quo ubi non erat timor trepidaverunt, ex litera dicentes, sequi, quod Mathusalam abiit annis 14. post Diluvium, & potius ex illis 30. ablatis stat sex annis mortuus ante Diluvium, & de hoc satis. Hactenus Leyba, tenebricoso satis dicendi genere.

Sed contra 1. nam licet Divus Augustinus in ea videatur fuisse aliquando sententia, Mathusalem nempè, mortuum fuisse sex annis ante Diluvium, id tamen non recte probatur ex verbis Sancti Doctoris in loco allegato à Leyba exaratis, sed potius colligi posset ex initio questionum in Genesim, vbi Divus Augustinus hæc habet. Querit Solut, quomodo Mathusalem secundum annorum computacionem vivere post Diluvium potuerit, cum omnes præter eos, qui in arcam ingressi sunt perisse dicantur? Sed hanc questionem plurimum codicum mendositas peperit; non solum quippe in Hebreis aliter ivenitur, verum etiam in Septuaginta Interpretatione Mathusalem in codicibus paucioribus, sed veracioribus sex annos an-

6 Tamē, vel nunquam huic positioni sufragium dedit Sanctus Doctor, qui solum eos veriores codices appellavit, facta comparatione cum alijs pluribus codicibus Septuaginta Seniorum: secus vero comparatione Hebraorum voluminum, quibus in hac parte Divus Augustinus primas dedit; vel tandem sententiam illam deseruit Sanctus Doctor, ut adnotat Pater Salianus in Scholio 1. ad annum mundi 1656. quoniam libros de Civitate Dei posterius scripsit, & libro 15. cap. 13. citato, & allegato à Leyba, vbi Divus Augustinus differit de diversitate, & oppositione reperta inter interpretationem Septuaginta Seniorum, & codices Hebraicos, & signanter differens de annis vitae Mathusalem, & de morte ipsius ante, vel post Diluvium, inquit, ut cum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei linguae credatur potius, unde est in alias per Interpretes facia translatio. Hæc ille.

7 Sed rerum gestarum fides vera stare non potest in hoc punto in utraque lectione: ergo juxta Divum Augustinum quoad hanc partem potius credi debet Hebraicis

Authoritate D. Augustini, Oct. Sect. 17. 107
codicibus, quibus concinit Vulgata, juxta quos Mathusalem obiit eodem Diluvij anno, quamvis ante Diluvium. Patet asumptum, quia in presenti verum esse non potest utrumque assertum, nempe contentum in Hebraico textu, & in Septuaginta; quia juxta Hebraicum textum Mathusalem complevit annum 969. eodem Diluvij anno, nam 187. anni ante nativitatem Lamech, hujusque 182. ante Noe, & 600. anni ipsius Noe exactè complent totam Mathusalem vitam: vide tabellam suprà adductam: Diluvium enim contigisse anno 600. Noe, ex Genesios, cap. 7. vers. 11. constat, ideoque D. Augustinus pro illa opinione affirmante, sex annis ante Diluvium mortuum Mathusalem, nullum Hebraicum codicem allegavit. At mortuum esse Mathusalem sex annis ante Diluvium, & non fuisse mortuum usque ad Diluvij annum, simul fieri non potuit: ergo juxta Divum Augustinum, omnino asseri debet, non fuisse mortuum Mathusalem sex annis ante Diluvium, & consequenter tum Divo Augustino, tum veritati contradicit sententia, quam Leyba propugnat.

8 Præterea ex ipsa serie verborum Divi Augustini fideliter relata idem claret, quia Divus Augustinus loco à Leyba allegato postquam præfata doctrinalem, præcep-

ceptionem statuit de adh̄erendo scilicet lectioni Hebraicæ , quando contraria illi fuerit alia lectio , & sic pergit : *Nam in quibusdam etiā codicibus græcis tribus, &c.* Vt nemp̄ exprimat casum magis dubitalē , & implicant minus dubitalem , vt probatur ex lege , *etiam, ff. de verborum significatione* , eandemque significantiam cum innumeris illustrat Barbosa , *dictione 112.* quæ Leybam , vtpotè juris peritum , latere non potuit. Rursus eadem dictio etiam implicat , & includit sub eadem sententia , & dispositione , vt dispositio , & sententia eadem habeat locum quoad inclusa per dictiōnem prædictam , vt signanter adnotant Cardinalis Tuschus , *practicarum conclusionum* , tom. 2. littera D. *conclusione 205.* num. 2. & Barbosa *dictione 112. num. 3.*

9 Tum sic ; sed sententia à Divo Augustino proralata in verbis proximè præcedentibus dictionem *etiam* , id ajebat , nemp̄ in contrarietate lectionum præferendam esse Hebraicam , ideoque lectionem Septuaginta juxta frequentes , & plures codices , esse reiciendam , tanquam Hæbraicis codicibus contrariam : éadem ergò sententia locum habere debet quoad codices illos tres græcos , vnum latinum , & vnum etiam Syrum inter se consentientes , Hæbraico tamen textui repugnantes ; quia licet hi codices veriores fuissent

Auctoritate D. Augustini, &c. Sect. 17. 109
sent , quām ceteri Septuaginta , & ideo magis posset dubitari de eorum in hac parte prærogatiua , illa tamen à Divo Augustino solum conceditur codicibus Hebraicis , qui sunt veluti cæterorum fons . Tum quia aliter sibi contraria , in eodem loco , Augustinus assereret , videlicet præferendos , & non præferendos codices Hebraicos , dum contraria reperiuntur lectiones . Immo siibola esset ratio illa Divi Augustini significata per verba illa , *nam in quibusdam etiā codicibus* , siquidem à suo aserto discederet ex ratione ipsa asserendi : liquidum ergò fit , Leybæ minimè adhærescere Divum Augustinum .

10 Sed vero sapientissimo Leybæ pro nunc gratisque assentiamur idquod , & ipse contendit , nefrō mortuum fuisse Mathusalem sex annis ante Diluvium , natumque anno Patris sui Henoch 146. vt locis suprà citatis Leyba inquit , adhuc quippè , & septimō hinc reiciendus venit ipse ; quoniam anni 146. Henoch in nativitate Mathusalem , & hujus 167. quot scilicet illi tribuunt Septuaginta , dumgenuit Lamech , conficiunt 313. annos pro vita Henoch in nativitate Lamech , sed juxta eundem Leybam Henoch raptus fuit anno nativitatis Lamech , vt sectione 15. vidimus : ergò Henoch raptus fuit anno vi-
e 313. quod est contra Hebraicam , vul-

gatamque, & Septuaginta lectionem, & quia Leyba calculos Septuaginta propugnat, meminisse deberet, cap. 5. versu 7. Genesios apud Septuaginta ita haberi: *Et facti sunt omnes dies Henoch quinque & sexaginta, & trecenti unqi, & placuit Deo, & non inveniebatur, quia transfluit eum Deus.* Quinimodo, esto Leyba permittamus addere sex annos infantiae Lamech, ut ipse contendit, nihil obtinebit, quia adhuc deficiunt anni 52. ad complendos 365. vitæ Henoch.

11 Oppugnatur octavo, quia si Mathusalem natus fuit anno 146. Henoch, ut ille afferit, ruit primi anni magni Cynici structura, quia hic annus ex 1461. compositus, completus fuit, vel anno nativitatis Lamech, vel infantiae ipsius anno sexto, ut dicta *sectione* 13. notatum fuit, sed positò, quod Mathusalem natus fuerit anno 146. Henoch, & retentis annis quos Septuaginta describunt, ita fieri non potuit, igitur stare nequit Leyba positio. Probatur assumptum, quoniam ex epilogismo prædictorum annorum, quos in superiori tabella scripsimus patet, à creatione mundi usque ad raptum Henoch, solum confici annos 1435, enumerato etiam anno nativitatis Lamech, vel si gratis computari permittamus infantiae Lamech sex annos, fiēt 1440: deficiunt ergo adhuc 20. vel 21. ad in-

integrum annum magnum Cynicum compleplendum, videlicet ex 1461. constitutum, & consequenter tota Leyba structura concidit.

12 Nono: si Henoch dum solum esset 146. annorum genuisset Mathusalem, vixisset utique 200. viginti annos post Mathusalem genitum, & ante raptum, id autem est contra lectionem Septuaginta, inqua, cap. 5. Genesios, non solum habetur quod centum sexaginta quinque annorum erat Henoch, dum genuit Mathusalem, verum etiam post Mathusalem genitum, 200. solum annos vixisse, dicitur Henoch, ante ipsius raptum, his verbis: *Henoch autem placuit Deo, postquam genuit Mathusalem 200. annos;* & cum juxta eandem lectionem omnes dies Henoch ante raptum fuerint solum 365. anni, fit utique juxta Septuaginta Seniores, non nisi solos 200. annos vixisse Henoch postgenitum Mathusalem, & ante raptum; at Leyba vult, eam Henoch periodum fuisse 210. annorum: igitur cum totus incumbat hic Author, ut veram ostendat Septuaginta lectionem, eam tamen falsam dicit in presenti, non in uno tantum, sed in duobus expressè assertis, quoad annos scilicet Henoch ante genitum, & postgenitum Mathusalem, illative autem etiam in annis totius vitæ Henoch ante raptum.

13 Decimo: ineluctabiliter falsitas

tis cōvinci videtur Leybæ assertum, scilicet, quod Henoch fuerit 146. annorum, dum genuit Mathusalem, id quippè cum traditis in vulgato textu stare non potest; in eo enim *Genesis 7. versu 7.* dicitur de Henoch, *O* vi-xit, postquam genuit Mathusalem 300. annis... *O* facti sunt omnes dies Henoch 365. anni, ambulavitque cum Deo, *O* non apparuit, quia tulit eum Deus. Ita sacer textus Vulgatus, in quo cum ex 365. annis, quos tantum Henoch ante raptum vixit, dissipate affirmetur, vixisse ipsum annos 300. postgenitum Mathusalem, sit evidens ante ejusdem generationem non potuisse Henoch vivere 146. sed solum 65. annos, falsum ergo est Leybæ assertum.

14 Explicatur; quia si Mathusalem natus fuciset anno 146. vitæ Henoch, ut totis viribus, totisque conatibus, Leyba propugnat, mendax esset Moyses dicebis, quod postgenitum Mathusalem, vixit Henoch 300. annos, ante ipsius raptum, cum in ea hypothesi solum 219. annos ante raptum, & postgenitum Mathusalem vixisset Henoch: igitur Moyses asserens, quod à generatione Mathusalē usque ad raptū, vixit Henoch 300. annos falsum diceret, mendaxque esset, cum vera temporum ratio, & Chronologia haud Mosi lateret, porro id, criminis adscribere Mosi, nemo nisi acatholicus audebit.

SECTIO XVIII.

Alia contra structuram secundi anni magni, à Leyba propositam, argumenta insituuntur.

I **S**ecundum annum magnum Cynicum, ait Leyba, numr. 148. littera E, & D, pag. 63. computandum esse à nativitate Heber usque ad nativitatem Abrahæ: rem explicat his verbis: *Quia, ut recte* (inquit ille) *dicitur ex Divo Ambroſio* hoc die, quo hæc scribimus, in officio Divi Ladovici Regis, in Vulgata Chronologia est numero brevius, re uberior, qui anni Sothici valent 1461. dies, & anni communes habent 365. tantum dies, illorum quarta parte constando, & velum apparentis antinomie à Sancta Ecclesia recluditur 230. annis in cap. 11. *Genesis*, notoriè à Septuaginta exclusis pro una plus generatione nempe Cainan diminutis, que in Vulgata non extat, & sic aequalis est numerus Patrum in linnea illa annorum 2242. in Chronologia Diluvij ex cap. 5. *Genesis*, & 942. in Chronologia nativitatis Abrahæ, id est 1461. primi anni magni in nativitate Lamech, à nativitate Lamech ad nativitatem Heber 262. interpositi anni sine additione, & 1461. secundi anni magni à

nativitate Heber ad nativitatem Abraham, quod
facillimè percipitur per demonstrationem sequen-
tium principiorum. Hæc Leyba.

2 Sed contra 1: quoniam à nativi-
tate Heber usque ad nativitatem Abraham, in
Vulgata lectione, solum habentur anni 285.
datis scilicet Thare 130. dum genuit Abra-
ham; quod si tunc temporis Thare solum
fuerit annorum 70 ut Leyba propugnat, prout
vidimus *s. &c. 12. n. 12.* solum elapsi fuit 225.
anni; igitur id temporis intervallum nequit
correspondere integro anno Solis, & He-
noch, etiam utendo atvali mensura, quippe
hic annus magnus, seu Henoch, juxta Leybam
constat 365. annis, qui per quatuor multipli-
cati constituant annum Cynicum ex annis
1460. compositum.

3 Secundò: nec penes lectionem
70. potest hic annus Cynicus verificari, in-
ter eosdem terminos nativitatis Heber, &
Abraham, quoniam observatis calculis editio-
nis Septuaginta, elapsi sunt tantum, à nativi-
tate Heber usque ad nativitatem Abraham, 835. anni, ut constat ex tabella suprà scripta:
fallum ergo est, intercessisse annum magnum
Cynicum ex 1461. annis constitutum, inter
prædictos terminos, etiam juxta editionem
70. & consequenter ex hypotesi anni He-
noch, & Cynici, arvalisque messe, nulla

valet utriusque versionis fieri concordia.

4 Tertiò non rectè à Domino Ley-
ba dici videtur in p̄æ allegatis ipsius verbis,
quod Septuaginta Interpretes excluserint
Cainan generationem, & quod illi corre-
pondere debent chronologici anni 230. Quo-
niam manifestum est, quod Cainan genera-
tio in ea habeatur editione, & quod ibidem
illi consignentur anni 130. ut patet ex textu
Septuaginta tradito *sect. 6.*

5 Quartò, cum in editione Vulgata
non habeatur generatio Cainan *Genes. cap.*
11. illamque contineat editio Septuagin-
ta, nullatenus equalis Patrum numerus esse
potest in editionibus Septuaginta, & Vulga-
ta co- loci Genesios, de quo nunc loquitur
Leyba: licet ex textu Divi Luce *cap. 3.* reti-
nenda sit ea Cainan generatio.

6 Quintò inexplicabile videtur quod
idem Author ait, scilicet inter nativitates
Lamech, & Heber interpositos esse 262. an-
nos sine additione; id inquam falsum videtur,
quoniam juxta Septuaginta editionem inter
prædictos terminos computantur anni 1183.
juxta Uulgatam vero 847. additisque annis
30. ex generatione Cainan, quam subaudiens
diximus *sect. 8.* fient anni 877. omnia jux-
ta utramque editionem subducuntur ex Tabel-
la tradita *sect. 11.* Igitur nullo modo stare po-

test summa annorum 262. inter nativitates Lamech, & Heber.

7 Sexto in nativitate Abrahæ, si computentur anni elapsi à Diluvio, quod contigit anno Noe 600. reperientur anni 382. juxta Vulgatam editionem, at juxta Septuaginta multo plures; non ergo apparet unde eruenda sit summa illa 262. annorum, qui à Leyba dicuntur interpositi.

8 Septimo: Idem Author numerat annos 942. in nativitate Abrahæ, quæ summa nec sublisterē potest, si ratio temporis sumatur à nativitate Lamech juxta editionem Septuaginta, cum in eadem periodo inveniantur anni 2018. nec secundum Uulgatam in qua habetur anni 1262. computata Cainan generatione, ut ex prædictis sit liquidum: igitur his terminis observatis, non stat ea annorum summa 942.

9 Rursus nec habita ratione temporis à Diluvio ad nativitatem Abrahæ, quia juxta Vulgatam, ut prælibavi, solum intercedunt 382. Juxta Septuaginta verò numerantur 1230. Necunde igitur stare potest ea annorum summa.

10 Propterea igitur Doctor Leyba ad eundem secundum annum magnum eruendum, alios terminos magis inter se dissitos

Alia contra structuram, &c. Sect. 18. 117
 designat, nemp̄ nativitatem Arphaxad, & promissionem à Deo Abrahæ factam, ut videre licebit pag. 50. num. 115. ubi hæc habet Leyba: *Non longe est ab evidentiâ, quod anni integri Solis illustrantur lumine in cap. II. Genesios à vers. 12: nam ecce Moyses cuius litteræ Hebreæ Vulgata consonat, à prima nativitate mortalium post Diluvium, statim biennio transacto, usque ad reparacionis mundi promissionem factam Abrahæ, hanc auream Solis contextuit catenam, Sem genuit Arphaxad primus natum post Diluvium: Hæc Leyba, loco citato, & sèpè alibi.*

11 Sed adversus hanc doctrinam insurgo etiam; quia in primis sibi ipsi repugnare videtur Leyba, dum hic terminos hujus anni magni assignat nativitatē Arphaxad, & Abrahæ factam promissionem; suprà verò pro eodem anno magno assignavit terminos anni hujuscemagii nativitatem Heber, & nativitatem Abrahæ, nec solum loco citato id asserit, sed etiam pag. 116. littera D, ita inquit. Secundi anni magni *caput est Heber finis est Abraham*, & pag. 122. littera P, quibus (inquit) clarissime de anno magno secundo mundi, & Abrahæ à Septuaginta espresso inter Heber nativitatem, & nativitatem Abrahæ. Hæc ille. Cœterum, si nativitates Heber, & Abrahæ

sunt termini hujus anni magni , qui fieri posse , vt eiusdem anni magni termini sint nativitas Arphaxad,& Abrahæ facta promissio? frustra ergo Leyba versionum concordiam tradere conatur , dum ipse sibi adeò clare repugnare videtur.

12 Deinde: posito, quod hujus secundi anni magni termini sint Arphaxad , & promissio Abrahæ facta , omissoque Cainane , cuius prætermissio repugnat , & Vulgatæ lectioni Evangelij Divi Lucæ , & lectioni Septuaginta Interpretum , licet fateamur , quod eo temporis intervallo intercesserint 365. anni juxta Vulgatum textum , tamen , ad Leybae scopum nihil id confert , opportaret enim , quod illi anni , ariuali mensura multiplicati per quatuor reperirentur intra eosdem terminos in numeris traditis in lectione Septuaginta; hoc vero minimè reperiri potest , quia juxta lectionem Septuaginta solùm subduci possunt 1305. anni à nativitate Arphaxad usque ad promissionem Abrahæ factam , anno nativitatis suæ 75. Genes. 12. vers. 5. ut ex tabella suprà posita liquet.

13 Immò, si Leyba sibi cohæreat , & afferat , Abraham natum esse à Thare , agente annum septuagesimum tantum , ab illo annorum numero. 1305. auferendi erunt anni sexaginta , quos inclusimus in illo numero ,

quia

quia Septuaginta Interpretes afferunt , quod Thare erat 130. annorum , dum genuit Abraham ; coeterū juxta contrariam opinionem , quam Leyba acriter propugnat , ajentem , quod Thare tantum erat 70. annorum , dum genuit Abraham , subremant 1245. & ad annum magnum Cynicum deficient 216. anni : ergo stare non potest Leybae concordia.

14 Hæc verò numerorum subductio , & temporum ratio adeò perspicua est , ut Reverend. Pat. M. Fr. Joannes de Scargorta nō tā censor , quām Leybae elucidator , & milihi multis titulis observandus , in *Manuductione prefixa operi Leybae* , ad constituendum hunc secundum annum magnum Cynicum , addat suprà annos Arphaxad bienniū de vita Sem , & 519. ex vita Noe , aufert tamen annos 75. ab ortu Abrahæ usque ad promissionem ; id quod non solum rationi , & doctrinæ cohæritati valde dissonū vidimus , verū tamē videatur esse , pro libito annos addere , & detrahere , & nunc pro termino eiusdem anni , aut periodi , vel ipsius principio , assignare ortum Heber , deinde nativitatem avi eius Arphaxad , modòque ascendere ad hujus avum Noe , rursus descendere usque ad Abraham promissionem , & postmodum terminum eiusdem periodi . Nāre Abrahæ nativitatem .

15 Coeterum ex terminis ipsius Reverendissimi Magistri Scargorta, eius doctrina rejcienda venit; ille enim hunc annum magnum Sothicum, & secundum in Vulgata, constituit inter nativitatē Arphaxad, & Abraham̄ promissionem, aitque quod 365. anni in hac periodo constituti, & in Vulgata reperti multiplicati per quatuor constituunt secundum annum magnum Sothicum; at si fiat talis multiplicatio, non poterunt reperiiri 1461. anni intra eosdem terminos, & juxta lectionem Septuaginta, ut suprà ostendimus, patetque in prætradita tabella; perperam ergo ex hoc capite lectionum concordiam exhibere conatur.

15 Constat assumptum, quia ex epilogismo annorum illius periodi, nempè, assignatis annis 135. Arphaxad, Caynan 130. Sale 130. Heber 134. Phaleg. 130. Rhei 132. Sarug 130. Nachor 179. Thare 130: qui omnes anni præscripti sunt à Septuaginta Interpretibus, conficitur summa annorum 1230. quibus additis etiam annis 75. vitæ Abraham̄, promissionis tempore, deficiunt plures ad annum integrum Sothicum constituendum, annorum scilicet 1460: insufficiens ergo est expositio, ac supputatio Reverendissimi Scargorta.

16 Tum quia impossibile est, quòd ille

ille secundus annus magnus incipiat à Noe, ex eius vita enumetatis 519. annis, finiaturque in ortu Abraham̄, & quòd simul idem annus incipiat enumerari ab ortu Arphaxad, finemque accipiat in promissione facta Abraham̄: Deinde RR. Scargorta, ut ostendat constituantque hunc secundum annum magnum Cynicum, juxta editionem Septuaginta, omittit in Arphaxad 100. annos assignando illi solum 35. cum apud Septuaginta Interpretes 135. annorum legatur fuisse, dumgenuit Sale; his verò 100. annis additis, ut par erat, & enumeratis 519. ex vita Noe, ut ille vult, subducuntur in illa periodo anni 1561. adeòque superfluent 100. pro anno Cynico.

17 Nec tantum prætermittit RR. Pater prædictos 100. annos, sed alios plures, nam cum includat annos 519. ex vita Noe, non potest solum consignare biennium Sem, sed opus est, ut de illius vita includat etiam tot annos, quot ipse vixit ab anno 519. Noe patris eius usque ad ortum filij sui Arphaxad, quē genuit biennio post Diluvium, cum Sem esset 100. annorum *Genes. cap. 11. vers. 14.* ex quo textu, & Diluvij tempore tradito *cap. 7. Genesis, & latini, & græci Interpretes,* atque Chronologici subducunt, Semum natum fuisse anno 503. vel ut non nulli 502. vitæ Noe, ut videre licet apud Torniellum, &

Salianum, anno mundi 1559. num. 1.

18 Quapropter ab anno Noe 519. usque ad ortum Arphaxad egit Semus 98. vel 97. annos, tot igitur addere deberet RR. Pater Magister Scargorta, ut veram prosequeretur Chronologiam; at his annis inclusis, conficeret annos plusquam 1900. usque ad promissionem Abrahæ, id verò temporis 500. annis superat annum magnū Cynicum, & cōsequenter structura huius secundi anni magni ab hoc Reverendissimo tradita corruit omnino. Tum quia, cum Sem ortus fuerit anno 503. vel 502. Noemi, reliqui anni ipsius Noe non sunt Chronologici, ut sect. 16. num. 16. adnotavi: igitur non rectè idem Reverendis. Mag. ex vita Noe computat annos 519.

SECTIO XIX.

Alia secundi anni magni expositio Leybæ refellitur.

1 Ræsentiens fortè Illustrissimus Leyba concordiæ, & doctrinæ à se traditæ, difficultatem, alter huius secundi anni magni rationem subducere satagit, sect. 3. num. 327. pag. 171. & ait; antequam ex Heber habeamus compositionem anni magni in eo usque ad Abram,

qui

Alta secundi anni, &c. Sect. 19. 123
qui est similis anno magno Henoch, ostendamus breviter; nam primò recipit nativitatem Heber ex Vulgata 586. retardationis per dictos annos, ab anno primo Henoch venientes, rursus 100. in Sale plus, & Heber 134. generationis sua, Phaleg 130. Reu 132. generationis sua Sarug 130. generationis sua, Nachor 179. generations sua, Thare 70. generationis sua. Ecce annos 1461. anni secundi magni Abrahæ. Hæc illæ.

2 Sed hinc multipliciter oppugnatur, primò, nam pag. 50. numer. 115. ait Leyba, hunc secundum annum Cynicum magnum terminari in reparationis humanæ promissione facta Abrahæ, vitæ ipsius anno 75. ut animadversum est sect. 12. numer. 5. & 6. & sect. 18. num. 4. modò autem inquit, eundem annum finem accipere in Abrahæ nativitate, seu in generatione Thare, que sunt contradictoria, nēpē terminari in Abrahæ ortu, & in eodem ortu non terminari eundem annum; ruit ergo Leybæ concordia.

3 Secundò: quoniam solum tribuit annos 70. in generatione Abrahæ, cum in lectione Septuaginta 130. anni Thare assignentur, dum genuit Abram. Tertiò ex Sile computat annos 100. tantum; cum Septuaginta Interpretes illi tribuant 130. ijs ergo addi-

additis, vel in Thare 60. quos Leyba omittit, concidit prælibata structura huius secundi anni magni.

4 Quartò, & magis principaliter, quia vult componi hunc secundum annum Cynicum ex 586. annis, quos dicit recipere Heber retardationis ex Vulgata, cum tamen hi 586. anni sint illi ipsi, quos Septuaginta addunt à creatione mundi, seu à nativitate Seth usque ad Lamech, ut suprà *sect. 12. numer. 9.* vidimus ex calculis ipsius Leyba, quamvis re ipsa nonnulli anni adimendi sunt ex illis, ut loco citato evicimus: igitur cum iam computati maneant in anno primo magno, non possunt nunc secundum annum eiusdem rationis constituere. Tum quia aliter non nisi unus annus magnus intercessisset à creatione mundi usque ad ortum Abrahæ.

5 Quintò reiiciendus venit Leyba, quatenus *pag. 239. numer. 434.* inquit, quod Septuaginta Interpretum non fuit aliis finis, quam demonstrare duos annos magnos, quidquid sit de Chronolrgis in mortibus. Hæc illæ haud exiguum, ut appareat, iniuriam irrogans piissimis his viris, quorum curæ esse debuit Chronologiæ veritas.

6 Sextò, idem Leyba *sect. 3. pag. 173. numer. 331.* hæc habet: Denique, ut epilogum faciamus conclusionis nostræ, hoc media

secundo latæ, nempe à creatione usque ad Diluvium centenaria à Septuaginta eo artificio Vulgate generationibus addita sunt, ut per ipsa tam collectivè, quam divisivè, duo anni magni ex multiplicatione Sotbicorum expressi sunt à Septuaginta. Primus stat à creatione mundi usque ad annum sextum Lamech, secundus à nativitate Heber usque ad Abrahæ nativitatem. Hæc illæ.

7 Undè sic differo: per te secundus annus magnus expressus à Septuaginta incipit à nativitate Heber, & finem accipit in ortu Abrahæ: ergo idem annus magnus expressus à 70. nullo modo incipere potuit in Arphaxad; at Leyba inquit *pag. 50. numer. 115.* & pluribus in locis, quod hic secundus annus magnus incipit ab Arphaxad, idemque consignat Reverendissimus Scargorta, in sua *manuductio[n]e*, ut prælibatum est *sect. præced.* igitur hic secundus annus magnus non est coordinandus ab Heber nepote Arphaxad, ut modo Leyba inquit. Et consequenter nec idem annus magnus incipere potuit in biennio de vita Sem: & multo minus incipere vallet à Noe, sumptis ex vita illius 519. annis, ut ajebar Leyba elucidator Reverendissimus Scargorta: nec tandem incipere potuit idem annus ante ortu Heber 586. annis, ut vult ipse Leyba dicta *sect. 3. num. 327.* & sapè alibi.

SECTIO. XX.

*Alia eiusdem anni magni expositio proponitur,
O profigatur.*

1 **I**dem D. Leyba multis fariam suā cōcordiam exponere cupiens per duplēm prælibatum annum magnum, *sect. 3. numer. 331. pag. 173.* post verba, quæ p̄cedenti *sect. numer. 1.* exaravimus, hæc alia subjungit. *Et incipit computari secundus* (videlicet annus Cynicus magnus) *collectivè facta comparatione versionum in suis lineis duabus maximis ab anno 1723. mundi usque ad 3184. mundi:* *Nam in illo natus fuit Heber in Vulgata, O in isto natus fuit Abraham in versione Lxx. ea intercedepine 1461. annorum; sed diuīstvè, O de singulis ad singulos Patres, incipit secundus annus magnus computari ab ipsa infantia Lameb, O peringit usque ad annum 116. vite Sarug.*

2 At contra p̄mō: nam iuxta Vulgatam lectionem, ut *sect. 8. à numer. 12.* ostendimus, interlerenda venit generatio Cainan; consignatisque huic generationi annis 30. quod est minimum temporis, quod alijs generationibus antecedentibus, & consequentibus reperitur adscriptum in sacro tex-

Alia eiusdem anni, O c. Sect. 20.

127

textu: subducitur, quod Heber natus fuit anno mundi 1754. ut liquidum sit ex tabella adducta *sect. 11.* & proinde falsum est, quod Leyba afferit, nempe Heber natum fuisse anno mundi 1723. juxta Vulgatam: & consequenter, nec relinquitur summa annorum 1461. pro anno magno, quem Leyba meditatur, & afferit intercesserit ab ortu Heber in Vulgata usque ad annum mundi 3184. in quo dicitur natus Abraham juxta versionem Septuaginta. Quia ea periodus solum effet annorum 1431. vel 1430. si ipsos Leybae calculos sequamur.

3 Contra secundō, quoniam ab ortu Heber usque ad ortum Abraham in versione Septuaginta non reperiuntur additi nisi 500. anni, vel 560. maximè apud Leybam, qui contendit, Abraham ortum fuisse anno 70. Patris sui Thare, igitur in hac periodo non possunt reperiri 1460. anni constituentes unum Cynicum: patet quia ab ortu Heber usque ad Abraham solum intercesserunt sex generationes, nempe Heber, Phaleg, Rhei, Sarug, Nachor, Thare, quarum singulis centum annos addidere Septuaginta: imo ita Thare procreante Abraham nihil addiderūt, quia etiam ex Vulgata ostensum fuit *sect. 9.* quod Thare erat 130. annorum, dum genuit Abraham, & totidem annos illi consignat

edi-

editio Septuaginta: quapropter solum conficiuntur additi anni 500. in his sex patribus, at si assentiamur afferentibus, quod Thare erat 70. annorum, dum genuit Abraham, solum 60. anni addididi erunt, quibus efficietur 560. Quibus si addas 225. annos Chronologicos istis sex Patribus consignatos in Vulgata fiet summa annorum 785. vnde ergo eruendi erunt reliqui deficiente ad complendum annum magnum Cynicum 1461. annorum?

4 Tertio versionum Septuaginta, & Vulgatae concordia à Leyba tradita in eo consistit, quod anni designati in Vulgata sint ænigmatici, ita ut eorum trecenti hexaginta quinque, arvali mensura, seu per quatuor multiplicari, possint, & debeant, ut complectantur annum magnum Cynicum 1460. aut 1461. annorum communium, alium elapsum à creatione mudi usq; ad raptum Enoch, alium post Diluvium, terminatum in ortu Abrahæ, igitur ut penes hunc secundum annum magnum subsistere posset concordia, debet ostendi, quod annus ille magnus Cynicus 1461. annorum communium, quem Leyba meditatur ab ortu Heber usque ad Abrahæ nativitatem, correspondeat annis 365. adscriptis in Uulgata inter eadem extrema, Heberis nempè, y Abrahæ: id quod minime invenire est, quoniam in Vulgata Heber, Pha-

leg.

Ieg, Rheu, Sarug, Nachor, Thare solum constituant Chronologicos annos 285. adscriptis Thare, dum genuit Abraham, annis 130. quod tamen displaceat Leyba, qui solum adscribit illi annos 70. vnde in illis sex Patribus solum reperientur ex Leybe sententia juxta Vulgatam anni 225. ab Heberis ortu usque ad nativitatem Abrahæ: qui anni licet multiplicentur mensura arvali, seu per quatuor, tantum fiet summa annorum 900: ideoque deficient anni 561. ad complendum annum magnum Cynicum 1461. seu ad verificandam Leybae concordiam.

5 Quartò refellendus venit Leyba, dicto numer. 331. dum inquit, quod divisive, & de singulis ad singulos Patres incipit secundus annus magnus computari ab ipsa infantia Lamech, & pertingit usque ad annum 116. vitæ Sarug per ipsum 1461. annos. Refellitur inquam: nam deserit hic Leyba suprà traditam expositionem hujus secundi anni magni, quem pag. 50. numer. 115. dixerat terminari in reparacionis humanæ promissione, facta Abrahæ, vitæ ipsius anno 75. quod promissionis tempus ab anno 116. vitæ Sarug juxta versionem Septuaginta, distat 398. annis, & tardius totidem annis completum fuit: perperam igitur idem secundus annus magnus Cynicus dicitur completus

I.

mo-

modò citius annis 398. modò seriùs totidem annis.

6 Antecedens patet, quia cum Sarug juxta Septuaginta, anno 130. vitæ suæ generit Nachor, si secundus annus magnus Cynicus completus fuit anno 116. ejusdem Sarug, subremanent ex illius vita anni Chronologici 14. quibus addendi Nachor 179. Thare 130. & Abrahæ promissionis tempore 75. qui anni constituant summam 398. annorum, & consequenter non tempore factæ Abrahæ promissionis, nec ipsius nativitatis, sed 398. annis antea fuerat hic secundus annus magnus omnino completus.

7 Quinto in presentiarum dicta à Leyba, nec consona sunt lectioni Vulgatae, nec Lxx. etiam supposita arvali mensura, & multiplicatione annorum Sothicorum, quia penes Vulgatam ab infantia Lamech usque ad annum 116. Sarug interfuerunt anni 1059. Cainan excluso, ut Leyba placet, qui anni si arvali mensura, seu per quatuor multiplicentur reddunt summam annorum 4236. excedentium non modo unum magnum annum Cynicum, sed etiam duos: id, quod reddit valde ab scopo Leybae, qui contendit in Vulgata in 365. annis Sothicis comprehendimisicè, & ex arvali mensura præcissè annos 1461. Inexplicabilis ergo fit concordia Leybae,

131 bæ, textu Vulgatae, ut par est, retento: computa annos ex præfixa tabella.

8 Idem fit liquidum ex versione Septuaginta, in qua à nativitate Lamech usque ad 116. annum Sarug enumerantur anni Chronologici 1565. prætermisso Cainane, quem Septuaginta habent, & illi consignant annos 130. quibus additis, ea periodus annum magnum Cynicum 1460. superat annis 234. rejecto vero Cainane adhuc excedit annis 104: nimis ergo ab utroque textu Vulgato, & Septuaginta Leyba discordat.

SECTIO XXI.

Notat discriminem inter utramque lectionem Vulgatam, & Lxx. penes vitæ Patrum integrum tempus, & nova animadversione profligatur prælibata Leybae concordia.

¶ **C**irca numerum annorum vitæ Patrum haud parum discriminis reperitur inter Vulgatum textum, & Septuaginta; nam juxta Vulgatam Lamech vita fuit annorum 777. at juxta Lxx. solum fuit annorum 753. videlicet brevior annis 24. Juxta Vulgatam Arphaxad vita fuit annorum 338. & juxta Septuaginta, 435. vi-

132

Chronolog. differt. prima

delicet longior annis 97. Imò juxta editionem Antuerpiensem, & Basileensem Septuaginta asserunt, Arphaxad vixisse annis 569. nempè 231. annis, plus protenditur, quām in Vulgata. Sale juxta Vulgatam vixit annis 433. & juxta Septuaginta annis 460. nimirum 27. insuper annos supervixit.

2 Heber juxta Vulgatam vixit annis 464: sed juxta Septuaginta solum vixit annis 404. si Romanam editionem amplectamur; at juxta eorundem Lxx. Antuerpiensem, & Basileensem editionem vixit 504. scilicet plus quam quod habetur in Vulgata 40. annis.

3 Phaleg juxta Vulgatam vixit annis 239. cōterūm Septuaginta illi superaddunt centum annos juxta editionem Romanam, at juxta Basileensem, & Antuerpiensem vixit 343. & consequenter addunt 104. annos supra numeros annorum, quos vixisse dicitur in Vulgata.

4 Rheu in Vulgata dicitur vixisse 239. annos, Septuaginta verò inquiunt vixisse 339. scilicet centum præterea annos. Sarug in Vulgata vixisse dicitur annos 230. apud Septuaginta autem 330. annis, scilicet centum plusquam in Vulgata vixisse assertur.

5 Nachor in Vulgata dicitur vixisse 148. annos, & in Septuaginta 304. videlicet 156 plusquam in Vulgata.

Por-

Notat discriben, &c. Sect. 21.

133

6 Porrò ex dictis confici possunt sequentes propositiones strictè contradictoriæ. Primò *Lamech vixit usque ad septingentos Septuaginta septem annos; Lamech non vixit 777. annos*, quarum propositionum prima habetur in Vulgata *Genes. cap. 5. vers. 31.* ibi: *Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti Septuaginta septem anni, & mortuus est*: Secunda autem haud minus disertè continetur in lectione Septuaginta, quæ ibidem sic habet: *Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti, & quinquaginta tres anni, & mortuus est*: Tum sic. Si omnes dies Lamech facti sunt septingenti, & quinquaginta tres anni; & mortuus est, vt dicunt Septuaginta, impossibile utique est, vt idem Lamech vitam duxerit usque ad septingentos septuaginta septem annos, quot scilicet vixisse dicitur in Vulgata: adeoque Septuaginta contradictione vulgatæ opponuntur.

7 Secundo: *Arphaxad vixit annos 435: Arphaxad non vixit annos 435.* Prima habetur iu Septuaginta *cap. 11. vers. 12. vbi Arphaxad tribuunt centum triginta quinque anni ante nativitatem Cainani, & post ipsius ortum trecenti; & consequenter Arphaxad vixit annos 435. juxta 70.* Secunda contradictione habetur in Vulgata *cap. 11. vers. 12. vbi Arphaxad ante ortum Sale, omisso Cainane,*

13

tri-

tribuuntur anni 35. & post ortum Sale anni 303. dumtaxad , qui conficiunt annos 338, & consequenter juxta Vulgatam Arphaxad non vixit annos 435.

8 Tertio : Sale vixit annos 460. juxta Septuaginta cap. 11. vers. 14. Sale non vixit annos 460. juxta Vulgatam cap. 11. v. 15. patet , quoniam juxta Septuaginta Sale ante generationem Heber vixit annos 130. & postquam genuit Heber , vixit Sale 330. qui conficiunt annos 460; juxta Uulgatam verò Sale , cum genuit Heber , vixerat præcisè 30. annos , & postquam genuit Heber , vixit Sale 403. annos, qui cum præcedentibus conficiunt annos 433.

9 Ex quo elucet quarta contradic-tio , quoniam in lectione Vulgata dicitur, quod Sale postquam genuit Heber,vixit 403. annis ; in Septuaginta autem dicitur quod Sala postquam genuit Heber vixit trecentos triginta annos , & mortuus est : vnde juxta Septuaginta , Sale postquam genuit Heber non vixit 403. annis , id quod in Vulgata ha-betur ; & consequenter Septuaginta in hac vita Sale periodo , inficiantur ipsi 73. annos, ex 403. quos Vulgata vixisse testatur in perio-do eadem.

10 Quinto : Heber juxta Septua-ginta cap. 11. vers. 15. dum genuit Phaleg vi-

xerat 134. annos , at juxta Vulgatam ibidem, Heber, dum genuit Phaleg , præcisè vixerat 34. annos: ideoque tunc non egerat annum 134. & subinde Vulgata centum annos vitæ negat Heberi ex his, quos 70. tibiunt ipsi dum genuit Phaleg.

11 Sexto ; Heber juxta Vulgatam loco citato , postquam genuit Phaleg vixit 430. annos : at juxta editionem 70. Roma-nam in eadem periodo solùm vixit 270: dis-crime haud minus 160. annorum.

12 Septimiò, Heber integra vita fuit annorum 464. juxta Uulgatam ; juxta 70. ve-rò , penes Romana exemplaria , non fuit tot annorum , sed præcisiè 404. scilicet minor penes 60. annos.

13 Octavò , Heber juxta Vulgatam postquam genuit Phaleg vixit annos 430: at juxta editionem Antuerpiensem , & Basileensem 70. Heber, postquam genuit Phaleg, non vixit annos 430. sed præcisiè 370. discri-mine annorum 60.

14 Nonò , Heber juxta editionem Antuerpiensem , & Basileensem 70. vita inte-gra fuit 504. annorum ; at juxta Vulgatam fuit tantum annorum 464. ideoque non vi-xit 504. annos , vt Septuaginta ajunt , hujus ergo Patris vita integra juxta Septuaginta penes editionem Romanam fuit annis 60. mi-

nor quām quod in Vulgata habetur : at juxta editionem Antuerpiensem, & Basileensem fuit annis 40. major , quām in Vulgata.

15 Decimò Phaleg vixit annos 343: *Phaleg non vixit annos 343.* primum habetur in editione 70. Basileensi , & Antuerpiensi, juxta quæ exemplaria Phaleg , dum genuit Rheu , vixerat annos 134. & post genitum Rheu , vixit idem Phaleg annos 209, quibus conficitur vita illius annorum 343.

16 Secundum verò liquet ex Vulgata lectione , juxta quam Phaleg ante genitum Rheu præcisè vixit annos 30. & post ipsius generationem annos 209. quibus constituitur summa 239. vite integræ Phaleg : id quod etiam longè distat à periodo vitæ, quam tradit lectio Septuaginta Romana , in qua habetur vixisse Phaleg annos 339.

17 Undecimò . *Rheu vixit annos 339.* *Rheu non vivit annos 339.* Primum patet ex editione Septuaginta , sive Romana,sive Basileensi , & Antuerpiensi , in quibus codicibus tribuuntur Rheu anni 132. dum genuit Sarug , & post illius generationem anni 207. vnde vita integra fuit 339. annorum.

18 Secundum probatur ex Vulgata , in ea quipè dicitur Rheu 32. annorum, dum

Notat discrimen , &c. Sect. 21. 137
dum genuit Sarug,& vixisse postmodum 207. annos , qui cum præcedentibus constituant vitam annorum 239.

19 Duodecimò : *Sarug vixit annos 330.* *Sarug non vixit annos 330.* Primum dicitur in triplici prædicta editione Septuaginta, vbi asseritur Sarug fuisse 130. annorum, dum genuit Nachor : & post ipsius generationem vixisse annos 200, adeoque vitam ejus fuisse annorum 330.

20 Secundum liquet ex Vulgata,vbi habetur , Sarug vixisse 30. annos , cum genuit Nachor : & post Nachor genitum , vixisse eundem Sarug annos 200.& consequenter ipsius vitam integrum fuisse 230.annorum præcisè.

21 Decimotertiò . *Nachor vixit annos 304:* *Nachor non vixit annos 304.* Patet primum ex editione Septuaginta Romana, Basileensi , & Antuerpiensi , qui codices asserunt , Nachor fuisse 179. annorum dum genuit Thare : & post ejus generationem vixisse annos 125. vnde fit,vitam Nachor productam ad annos 304.

22 Secunda verò contradictoria propositio liquet ex Vulgata, in qua dicitur, Nachor fuisse annorum 29. dum genuit Thare , & post ipsius generationem vixisse annos 119: & subinde vixit Nachor præcisè annos

148. adeoque non vixit anos 304. Has omnes contradicitorias propositiones explicare deberet D. Illustrissimus Leyba, vt ipsius consisteret concordia, & doctrina, & id minimè præstitit: igitur dum non exponuntur, standum vtique est lectioni Vulgatae, & dicendum viciatos esse Chronologicos, & Historios numeros in codicibus Septuaginta, ac tandem falsum est quod in editione Septuaginta appareat, æqualitas vitarum facta compositione cum texto Vulgatae.

SECTIO XXII.

Coniectaria quadam argumenta adversus eandem concordiam.

¹ **D.** Leyba Sacrae lectionis Vulgata cum 70. concordiam ex eo meditatur, quod Septuaginta Interpretum non fuit alius finis, quam demonstrare duos annos magnos, quidquid sit de Chronologijs in mortibus; quia sufficenter ostendunt, ex collectione finali distantiarum, quod vitas æquales relinquunt, artificio admirabili addendi ad generationes annum, quem tollunt de postgenerationes; & ubi equaliter tollunt, addunt, ad oculum ostenditur equalitas vitarum: Sit tamen minus addunt, quam tollunt, statim accera-

leratio sequitur nativitatem, vt evenit in Lamech nativitate propter ablatis 20. de centum additis in Henoch retardationis ejus ad 80. redactos, quibus citius nascitur Mathusala, & dando sex in Lamech de 30. post generationem ablatis in Lamech, ipse annis 86. nascitur tardius post Henoch parentem, qui debebat nasci 106. tardius, nisi illi viginti tollerentur; & idem contingit in Arphaxad, cui nihil additur in nativitate de novo post Lamech, & 3. tollunt a Lxx. post generationem; & denique in Heber tolluntur 160. & solum adduntur in generatione centum; ex quo nativitas recipit 60. minus in generatione: sed filius ejus Phaleg recipit 60. retardationis in generatione quos habet minus Heber pater suus, & fit equalitas in ipsis 846. quibus Patres ab Adam ad Haber vivunt minus post natos filios, & ab Adam ad Heber filium, nativitates ipsis 846. tardiores sunt, & consequenter mortes cum æqualibus vi- tis tardius evenerunt. Hactenus Leyba pag. 239. n. 434.

² Sed præter argumenta, quæ in hanc solutionem, & concordiam suprà adduxi, ex præcedenti sectione, oppugnatur, primò, quia quod Leyba asserit, finem Septuaginta Interpretum alium non fuisse, quam demonstrare duos annos magnos, quidquid sit de Chronologijs in mortibus; quia sufficien-

cienter ostendunt ex collectione finali distansiarum , quòd vitas æquales relinquunt , artificio admirabili addendi ad generationes annum , quem tollunt de postgeneratio-nes.

3 Id inquam falsum evidenter ostenditur , primò in Lamech , cuius vita in Vulgata dicitur fuisse annorum 777. & in Septuaginta annorum 753. quamobrem in hujus Parentis vita non addit , sed adimit tempus lectio Septuaginta.

4 Secundò Arphaxad vita in Vulgata dicitur annorum 338. At in editione Septuaginta dicitur annorum 435. juxta Romanam eorum editionem , in editione autem Antuerpiensi , & Basileensi asseritur fuisse annorum 569. vnde in Romana editione adduntur omnino 97. anni , in alijs verò lectiōnibus 231. annis longior est hæc vita Arphaxad apud 70. quam apud Vulgatam.

5 Tertiò in Sale addunt Septuaginta annos 27. suprà annos Vulgatae.

6 Quartò in vita Heber adimunt Septuaginta Interpretes in lectione Romana annos 60. ex 464. quos illi concedit lectio Vulgata : in lectione verò Septuaginta Antuerpiensi , & Basileensi eidem Heber adduntur anni 60. suprà annos Vulgatę , adscriben- do illi annos 504.

7 Qinto in Phaleg adduntur à Septuaginta , penes editionem Romanam , anni 100. penes Antuerpiensem verò , & Basileensem adduntur 104.

8 Sextò in Rheu etiam à Septuaginta penes triplicem prælibatam eorum editionem anni centum adduntur : Septimò totidem in Sarug additi reperiuntur in eisdem exemplaribus.

9 Octavò in Nachor suprà annos Vulgatae adduntur anni 148. in triplici laudata editione Septuaginta , luce ergò clarius est , quod penes editionem Septuaginta non relinquuntur vitę æquales : & consequenter nulla est Leybæ concordia.

10 Secundò: falsum evincitur quod idem Illustrissimus inquit , quòd si 70. Interpretes minus addunt quam tollunt , statim acceleratio subsequitur nativitatum: quoniam licet respectu Henoch , verum sit , quod additis in eo 100. annis , dum genuit Mathusalem , postea , dum Mathusalem genuit Lamech , auferunt annos 20. à numero annorum , quem Vulgata tradit : imprimis ablatione annorum viginti non potest æqualis reddi numerus , cum additi essent centum : vt eyi- dens est.

11 Tertiò prædicta inæqualitas augetur penes editionem Septuaginta , dum La- mech

mech genu t Noe, quoniam in Vulgata tunc temporis Lamech dicitur vixisse annorū 182. At in editione Septuaginta dicitur annorum 188: ergo, & inēqualitas retardationis fit major, & non sublequitur acceleratio, sed retardatio.

12 Tum, quia cum Septuaginta adant hos sex annos Lamech, dum genuit Noe, postmodum in summa annorum totius vitæ ipsius Lamech, auferunt annos 24: quia Vulgata inquit vixisse 777. & lectio Septuaginta foliū 753. vixisse dicit: ideōque intermino vitæ plus tollunt, quam addiderant ante generationem.

13 Quartò in Arphaxad cum Septuaginta addidissent annos 100. dum genuit, in illius vitæ termino discrepant à Vulgata penes annos 97. juxta Romanam editionem Septuaginta, at juxta Basileensem addunt annos 231. vitæ ipsius Arphaxad.

14 Quinto in Sale cum addant 70. Interpretes annos centum, dum genuit Heber; postea in termino vitæ Sale, adhuc illa remanet inēqualis numero Vulgatæ, penes annos 27. quos addunt Septuaginta; vita autem Heber apud eorundem lectionum est minor annis 60: & sic augetur inēqualitas, nec fit acceleratio, sed retardatio, vt ILLUSTRISSIMI Leybe more loquamur.

15 Vnde licet ex parte videatur compensari, seu minui additio annorum in antecessoribus facta, tamen cum multo plures anni additi sint in prioribus patribus, vt patet ex dictis, nulla relinquitur æquatio, immo penes editionē Septuaginta Antuerpiensem, & Basileensem, Heber vixit 504. annos scilicet censū plus, quam quos vixisse dicitur in Vulgata: & consequenter retardatio major subducitur.

16 In vitis autem singulis subsequentium Phaleg, Rheu, & Sarug, anni censū additi in Septuaginta editione reperiuntur; in Nachor vero 150. quapropter vite, tum singulorum, tum simul sumptarum, juxta editionem Septuaginta, sunt duratione inēquales vites eorundem, vt in Vulgata describuntur, à Lamech scilicet usque ad Nachor inclusivè, exceptis Noe, & Sem, quorum vitæ termini æquales reperiuntur in Vulgata, & in Septuaginta.

17 Sextò, dato, & non concesso, quod per ablationem annorum in aliquibus ex dictis Patriarchis compensaretur additio facta in alijs, & ideō numerus annorum vitarum omnium coniunctim sumptarum æqualis esset in editione Septuaginta, cum simili numero eorundem in Vulgata, nihil concordia obtineret Leyba: patet, quoniam cum præfata æqualitate stare posset multiplex con-

tradictoria oppositio , scilicet Lamech vixit annos 777 . Lamech non vixit annos 777 . quārum assertiorum prima est Vulgatę , secunda Septuaginta , & aliae plures annotatae in sectionibus praecedentibus .

18 Septimō : licet vitæ essent duratio ne æquales in singulis Patribus , & Patriarchis , nulla ideo conficeretur editionum conformitas quoad præcipuum Illustrissimi Leybæ scopum , is enim est , annos Chronologicos in Uulgata editione assertos , concordare annis etiam Chronologicis in editione Septuaginta consignatis . At Chronologici anni non debent censeri , nec sunt nisi illi , quos Patres vixisse ante filiorum generationem , seu nativitatem , legimus , vt omnes Chronologię periti adnotant , & supponunt Cum D. Augustino lib. 16. de Divitate Dei , cap. 10. & Josepho lib. 1. Antiq. cap.

19 Evidensque ratio sic observan dum esse demonstrat , quoniam reliqui anni post filij ortum , sunt communes Patri , filio , ac nepoti , ne igitur bis computentur ijdem anni , solum habenda est ratio annorum ante filij nativitatem : ergo ut Chronologici anni apud Vulgatam , & Septuaginta enumerati , compositi invicem , in concentum redigantur , reiciendi sunt anni , quos constat vixisse Patres post ortus filiotum , & colligendi sunt

sunt tantummodo anni ante filiorum nativitates elapsi .

2 At tota Illust. Leybæ concordia , etiam illi permisso multis , quæ falsa arbitramur , in eo sistit , vt ostendat ablatione annorum facta à Septuaginta in Patrum periodo vitę post genitos filios , æquari numerum annorum , quos singulos Patres vixisse , dicitur in Vulgata , & in Septuaginta : ergo nihil ex hoc capite Leyba evincit .

21 Octavò refellitur : quoniam tota ipsius concordia ratio consistit in multiplici varia , & contraria , ac contradictoria anhorum & numerorum putatione , nunc addendo annos , nunc illos detrahendo , modo trasferendo prateritos ad subsequens tempus , & subsequentes ad præteritum , tum relinquendo aliquos annos , quin illos alicui ex Patribus consignet , ac tandem nec Vulgata editioni , nec Septuaginta in hærendo , vt ex traditis liquet : reiencia igitur hæc conciliatio , & vel exhibenda alia potior , vel asserendum , vitiatos vtiique , in hac parte codices editionis Septuaginta ; non quidem vitio Interpretum , sed transcribentium incuria .



SECTIO XXIII.

Diluitur objectio ex Divo Augustino de prompta.

1 **E**xistimat Illustrissimus Leyba, se prosequi industriam Septuaginta Interpretum, quam adnotavit D. Augustinus lib. 15. de Civ. Dei cap. 13. ubi de editione Septuaginta Interpretum quoad Chronologiam differens S. Doct. haec habet: *Ante genitum filium, qui ordini inseritur, alibi supersunt centum anni, alibi defunt; ubi dererant, supersunt; ubi supererant, defunt, ut summa conveniat, & hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, septima generatione inventitur, videtur habere quandam si dici potest, error ipse constantiam, nec casum redolet, sed industram.*

2 Hæc Augustini verba cum adduxerit Illustrissimus Leyba in tertio medio pag. 251. numer. 455. subdit: *Acumen ingenij fulgentissimi Augustini defecit propheticam Septuaginta Interpretum industriam, ob quam regulam reliquerunt equalitatem in vitis, qua de concordia versionis sua cum Hebreæ, cui consona est Vulgata, constaret.*

3 Hactenus ille, quid vero, hisce in verbis, significare voluerit, Lector arioletur,

Diluitur objectio, &c. Sect. 23. **147**
si valet, ego enim vix capio. At ex inscriptione, auctoritati D. Augustini praefixa, liquet, eum credidisse ex hoc S. Doct. suam concordiam fulciri; sic enim inibi inquit: *Regulam precedentem, confirmant aurea verba D. Augustini lib. 15. de Civitate Dei cap. 13. ubi de Septuaginta Interpretibus hic;*

4 Coeterum nihil subsidij ex magno Parente Augustino posse hunc Authorem expiscari, probatur: Quoniam ut recte notat P. Salian. tom. 1. ann. ad an. mundi 131. numer. 4. S. Augustinus lib. & cap. citato. Græcis Septuaginta Interpretum codicibus quatiior maximè ex locis derogat fidem, possuntque ad duo capita præcipua deduci: Primum, quia ex illis sequitur, Mathusalem quatuordecim annis supervixisse Diluvio, cum tamen certò constet, eum non fuisse in illo octo animalium numero, quas S. Petrus memorat, in *epistola sua prima cap. 3. vers. 30.* idque facilè ab ipso, & à Divo Hieronymo in *traditionibus Hebraicis*, ostenditur, & ex tabula nostra demonstrati.

5 Nam juxta numeros repertos in codicibus Septuaginta, ad Mathusalem annos 167. quando genuit Lamech, adde 188. ejusdem Lamech, antequam Noe nasceretur: & sexcentos annos, quos vixerat Noe, quando supervenit Diluvium, inveniesque annos 955.

à nativitate Mathusalem, qui cum ex sacro tex-
tu in vtraque editione Vulgata, & Septuaginta
vixerit annos 969. necitario supervivere
debuit Diluvio annos 14. id quod per absurdum est, potiusque dicendum ex Hebreis,
Latinisque codicibus, illius mortem in ipsum
Diluvij annum incidisse.

6 Nam juxta editionem Vulgatam,
187. anni ante nativitatem Lamech, & 182.
ante Noe, & sexcenti ipsius Noe exactè com-
plent totam Mathusalē vitam 969. annorum.
Eadem disputat in hanc sententiam D. Hiero-
nymus in qq. Hebraicis, & epist. 125. ad Da-
mas. quest. 2. videlicet quæ sent. 14. numer. 1. &
seqq. excerptissimus in hunc scopum.

7 Secundum: quoniam cum credibile
non sit Iudeos dum nobis invidenter, mutasse
quædam in codicibus suis, ut in nostris mi-
nueretur authoritas. Quis enim credit, Ju-
daeorum gentem tam longè, lateque tunc tem-
poris diffusam in hoc conscribendum multi-
plex mendacium, uno consilio conspirare po-
tuisse, & dnm in alijs invidenter authoritatem,
sibi abstulisse veritatem? Credibilius sanè quis
dixerit, ut latius idem ait Augustinus *de C. 13.*
cum primùm de Bibliotheca Ptolemæi descri-
bi ista cœperunt, in codice uno erratum esse,
ex quo dum cæteri delibetribuntur, latius erro-
rem in codices omnes emanasse. Primi autem

co-

codicis errorē in aliquibus locis casu aliquo, &
per imprudentiam contingere potuisse, in alijs
autem ipsam errandi constantiam non casum
redolere, sed industriam. Nam exempli cau-
sa in prima, 2. 3. 4. 5. & 7. generatione eodem
semper modo centum anni adduntur à princi-
pio, deinde substrahuntur in medio, ut par
summa reperiatur in fine.

8 Quamobrem ita concludit Au-
gustinus: Rectè fieri, nullo modo dubitaverim,
et cum diversum aliquid in utrisque codicibus re-
peritur, quandoquidem ad finem rerum gesta-
rum utrumque esse non potest verum, ei lingua
potius creditur, unde est in allam per Interpretes
facta translatio.

9 Quæ autem causa induxit eum,
qui errorem de industria induxit, fusè dispu-
tat idem S. Augustinus *eod. loco*, & suspicatur,
illum breviores illos annos Patriarcharum
existimisse; ita ut decem ex illis unus
esset ex nostris, quod idem S.
Doct. perspicuæ con-
vincit falsi-
tatis.



SECTIO XXIV.

Divi Augustini textum proponit.

VIT dilucidius D. Augustini mens inclarescat, & liquidum fiat, perperam ex hoc Sancto Doct. suam concordiam fulcire, Illustrissimum Leybam conari; ipsius D. Augustini aurea verba ad literam annexo: Igitur eo lib. 15. de Civitate Dei, cap. 13. sic habet capitinis inscriptio: *An in dinumeratione amorum, Hebraeorum magis quam Septuaginta Interpretum sit sequenda auctoritas?* Ubi in mentem revocandum est, Vulgatam lectionem, in ista anaororum supputatione, Hebraeo fonti esse conformem: Sic ergo differit, ac docet D. Augustinus.

Sed cum hoc dixero continuò refertur illud Iudeorum esse mendacium, de quo superius satis actum est: Nam Septuaginta Interpretes laudabiliter celebratos viros non potuisse mentiri, ubi si quaram, quid sit credibilis, Iudeorum gentem tam longe, latèque diffusam in hoc conscribendum mendacium, uno consilio conspirare potuisse: Et dum alijs invident auctoritatem, sibi abstulisse veritatem: *An Septuaginta homines, qui etiam ipsi Iudei erant, in uno loco positos, quoniam Rex Egypti Ptolemaeus eos ad* hoc

hoc opus asciverat, ipsam veritatem gentibus alienigenis invidisse, & communicato istud fecisse consilio: quis non videat, quid proclivius facilisque credatur? Sed absit ut prudens quispiam, vel Iudeos cuiuslibet perversitatis atque malitia tantum potuisse credat in codicibus tam multis, & tam longè latèque dispersis: vel Septuaginta illos memorabiles viros hoc de invidenda gentibus veritate unum communicasse consilium.

Credibilis ergo quis dixerit, cum primum de Bibliotheca Ptholemæi describi ista cœperunt, tunc aliquid tale fieri potuisse in codice uno, scilicet primitus inde descripto, unde jam latius emanaret, ubi potuit quidem accidere etiam Scriptoris error. Sed hoc in illa questione de vita Matthei absursum est suspicari, & in illo alio, ubi superantibus 24. annis summa non convenit.

In his autem in quibus continuatur ipsius mendacitatis similitudo, ita ut ante genitum filium, qui ordini inseritur, alibi supersunt centum anni, alibi desint: post genitum autem, ubi deerant, supersunt: ubi supererant desint, ut summa conveniat; & hoc in prima, secunda, tertia, quarta, quinta, septima generatione inventur, videtur habere quandam, si dici potest, error ipse constantiam: nec casum redolet, sed industriam.

Itaque illa diversitas numerorum
K 4 ali-

aliter se habentium in codicibus Gracis, & Latinis, aliter in Hebreis, ubi non est ista de centum annis prius additis, & postea detractis per tot generationes continuata paritas: nec malitia fudorum, nec diligentie, vel prudentie Interpretum, sed Scriptoris tribuatur errori: qui de Bibliotheca supra dicti Regis codicem scribendum primus accepit. Nam etiam nunc ubi numeri non faciunt intentum ad aliquid, quod facile posse intelligi, vel quod appareat utiliter disci, & negligenter describuntur, & negligentius emendantur. Quis enim existimet sibi esse discendum, quot millia tribus Israël sigillatim habere potuerunt? quoniam prodeesse aliquid non putatur: & quantoque hominum est cuius profunditas utilitatis hujus appareat?

6 Hic vero ubi per tot contextas generationes centum anni alibi adsunt, alibi desunt: & post natum, qui commemorandus fuerat, filium, desunt ubi a fuerunt, adjunt ubi defuerunt, ut summa concordet: nimirum cum vellet persuadere, qui hoc fecit, ideo numerosissimos annos vixisse antiquos, quod eos brevissimos nuncupabant: & hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filij gignerentur, conaretur offendere: atque ideo in illis centum annis decem nostros insinuando putaret incredulis, ne homines tandem vixisse, recipere in fidem nollint, addidit cent. m, ubi gignendis filiis habilem non inveniū etatem, eosdem

dēmque post genitos filios, vt congrueret summā detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idonearum generanda proli convenientias etatum, vt tamen non fraudaret universas etates viventium singulorum.

7 Quod autem in sexta generatione id non fecit, hoc ipsum est, quod magis movet, illum ideo fecisse, cum res quam dicimus postulavit. Invenit namque in eadem generatione apud Hebreos vixisse Jareth, antequam genuisset Henoch, centum sexaginta duos annos, cui secundum illam rationem brevium annorum sunt anni sexdecim, & aliquid minus, quam menses duo, que jam etas apta est ad gignendum; & ideo addere centum annos breves, ut nostri viginti sex fierent, necesse non fuit: nec post natum Henoch eosdem detrahere, quos non addiderat ante natum, sic factum est, vt hinc nulla esset inter codices utroque varietas.

8 Sed rursus movet cur in octava generatione, antequam de Mathusalem nasceretur Lamech, cum apud Hebreos legatur centum octoginta duo anni, viginti minus inveniantur in codicibus nostris, ubi potius addi centum solent: & post genitum Lamech complendam restituuntur ad summam, que in codicibus utrisque non discrepat. Si enim centum Septuaginta annos propter pubertatis maturitatem, decem & septem volebat intelligi: Sicut nihil addere ita nihil detrahere jam

jam debebat ; quia invenerat etatem idoneam generationi filiorum , propter quam in alijs centum illos annos , ubi eam non inveniebat , addebat .

9 Hoc autem de viginti annis merito putaremus casu mendositatis accidere potuisse , nisi eos sicut prius detraherat , restituere postea curaret , et summae conveniret integritas .

10 An forte astutius factum existimandum est : ut illa , qua centum anni prius solent adiici , & postea detrahi occultaretur industria , cum , & illic ubi necesse non fuerat , non quidem de centum annis , verum tamen de quantulocumque numero prius detracto , post redditio , tale quid fieret ?

11 Sed quomodolibet istud accipiatur , sive credatur ita esse factum , sive non credatur : sive postremo ita , sive non ita sit : recte fieri nullo modo dubitaverim , ut cum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur , quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum , ei lingue potius creditur , unde est in aliam per Interpretes facta translatio . Nam in quibusdam codicibus Gracis tribus , & uno latino , & uno etiam Syro inter se consentientibus , inventus est Mathusalem sex annis ante Diluvium fuisse defunctus . Haec tenus D. Augustinus .



SECTIO XXV.

Consecratio ex Divo Augustino .

I EX proposita Divi Augustini doctrina , hec certa deduco consecratio . Primum , credibile non est , Hebraicum fontem , eique coherentem Vulgatum textum mendosum , aut depravatum Judaeorum invidia , aut alio vitio : Patet ex numer. 2. fine : eademque ratione , qua ibidem vtitur S. Doct. sit , nec alterius cuiuspiam perversitate aut ignoracione , mendum in eo textu irrepsisse : Absit enim (iuquit ille) ut prudens quispiam vel Judaeos cuiuslibet perversitatis , atque malitia tantum potuisse credat in codicibus tam multis , & tam longe lateque dispersis : quæ ratio æque probat secundam partem hujus consecratio .

2 Secundum : dici non debet Septuaginta Interpretes , invidia aut alio vitio , in laudatissimo versionis eorum opere , laborasse . Liquet ex eodem num. 2. fine .

3 Tertium . Diversitas numerorum aliter se habentium in codicibus grecis , & latini , aliter in Hebreis , ubi non est illa de centum annis prius additis , & postea detractis , nec malitia Judaeorum , nec diligentia , vel pru-

prudenti Interpretum, sed Scriptoris tribuat
tur errori, qui de Bibliotheca supra dicti R.⁴
gis codicem scribendum primus accepit. Patet
ex num. 3. & 5.

4 Atqui ea numerorum diversitas
penes centum annos, prius additos, nec postea
detractos, reperitur in generatione Mathusalem, 8. Lamech, 9. Sale, 14. Heber, 15. Phaleg, 16. Rheu, 17. Sarug, 18. Nachor, 19. Igitur in omnibus hisce generationibus ex Di-
vi Augustini mente nulla est requirenda con-
cordia, sed vitio transribentis exemplaria
Septuaginta Interpretum, evenisse, existi-
mandum est: ergo perperam Illustr. Leyba in-
dustriam, & concentum meditatur in vitijs, &
erroribus, in his numeris repertis.

5 Quartum: vbi per tot contextas
generationes centum anni alibi adsunt, alibi
desunt: & post natum, qui commemorandus
fuerat, filium, desunt vbi afuerunt, adsunt
vbi defuerunt, ut summa concordet: voluit
persuadere, qui hoc fecit, idèo numerosissi-
mos annos vixisse antiquos, quòd eos brevis-
simos nuncupabant, atque idèo in illis centum
annis decem nostros insinuando putavit in-
credulis. Patet quidem *ex num. 6. literę D. Au-*
gustini.

6 Et hinc iterum colligo, Domini
Leyba concordiam à mente Divi Augustini
om-

omnino dissidere: primò quia illos centum
annos additos in lectione Septuaginta ante fi-
lium genitum, & pōst ipsius generationem de-
tractos, Divus Augustinus putat intelligen-
dos esse brevissimos, & decem tantum nos-
tros esse insinuatos ab eo, qui editionem Sep-
tuaginta quoad hoc invertit; at Leyba illos
judicat solares, & integros annos: ergò à D.
Augustini sententia recedit.

7 Secundò. In illis centum annis per
tot generationes additis, meditatur D. Leyba
annum magnum Cynicum, scilicet annorum
1461: at D. Augustinus hujuscē anni magni
haud meminit, nec putat, tot integros annos
solares vixisse Patres ante genitum filium, quot
in lectione 70. vixisse, dicuntur: igitur D.
Leyba concordia pugnat cum Divi Augusti-
ni sententia.

8 Tertiò, idem Author ex illa cen-
tum annorum additione in tot generationibus
reperta apud Septuaginta Interpretes, colli-
git, & asserit, illos Septuaginta viros fuisse
glossatores, & Interpretes ænigmatis, quo
vñs fuit Moyses, qui sub annis 365. voluit
comprehendere annos 1461. vt in toto opere
suo docet, & præcipue *numer. 103. & 104.*
At D. Augustinus nec id ænigmatis agnovit,
nec additionem centenariorum positam à Sep-
tuaginta Interpretibus putavit: patet, quia

talis additio ex falso fundamento, & ad fal-
laciem insinuandam suassionem, facta creditur
à S. Doct. nempè vt incredulis persuaderet, qui
id fecit, ideo numeroſiſſimoiſ annos vixiſſe
antiquos, quod eos breviſſimoiſ nuncupab-
ant, & hoc de maturitate pubertatis, qua
idonea filij gignerentur, conaretur ostendere:
quod cum fallaci nitatur ſuppoſito, longe diſ-
tati à recta interpretandi ratione: igitur juxta
D. Auguſtini ea antiorum additio non eſt
tribuenda Septuaginta Senioribus ut Interpreti-
bus, & glossatoribus.

9 Imò docet S. Doct. factam credi
non poſſe eam additionem ab illis venerabili-
bus viris, quoniam ut potè fallax, & falsa ab
ipſis adhibita existimari nequit, ut ex ſect. 24.
num. 2. patet: ergo nimis D. Leyba recedit à
Divi Auguſtini doctrina.

10 Porro autem, quod antiqui anni,
apud antiquos illos Patres, ſeu in primævo
illo ſeculo, breviſſimi numerarentur, & no-
tarentur, falſum cenſeri à D. Auguſtino, liqui-
dum eſt, præcipue in cap. 14. lib. 15. de Civit.
Dei. vbi ex iſtituto diſſerit S. Doct. de pari-
litate annorum, qui ijsdem, quibus nunc ſpa-
tijs, & in priorib[us] feculis cucurrerunt. Et
initio diſt. cap. ſic habet: nunc jam videamus
quoniam modo evidenter poſſit oſtendi non tam
breves, ut illi decem unuſ eſſet noſter, ſed tante-

prolixitatis annos, quanta nunc habemus: quos
utique circumiuit conficit Solis, in illorum vita bo-
minū prolixiflma computatos. Hæc Auguſtinus,
que conſirmare, ac demonſtrare pergit ex fa-
cro Genesioſ textu cap. 7. Œ 8.

11 Et ad finem capituli de diversitate
numerorum circa vitę annos antiquorum Pa-
trum, reperta inter codices Septuaginta, &
Hebreos, quibus concinit Vulgata, ſic fatur:
*Illa vero numerorum varietas, que inter codices
Hebreos invenitur, & noſtriſ (nempè Septua-
ginta) neque de hac antiquorum longavitate diſ-
ſentit: & ſiquid habet ita diuersum, ut verum
eſſe utrumque non poſſit, rerum geſtarum fides
ab ea lingua repetenda eſt, ex qua interpretatum
eſt quod habemus.*

12 Que facultas (pergit S. Aug.) cū volētibus
vbiq[ue] gentium praefto ſit, non tamē vacat, quod
Septuaginta Interpretes in plurimis, qua di-
verſa dicere videntur, ex Hebreis codicibus
emendare ausus eſt nemo. Non enim eſt illa
diverſitas putata miendositas: nec ego vlo mo-
do putandam exiſtimō. Sed vbi non eſt Scrip-
toris error, aliquid eos divino ſpiritu, vbi ſen-
tus eſſet conſentaneus veritati, & prædicans
veritatem, non interpretantium more, ſed
prophetantium libertate aliter dicere voluisse
credundum eſt. Hactenus ille, conſpicuē edo-
cens additionem centum annorum veluti er-
rori

rori innixam , nullo modo admittendam , nec Septuaginta Interpretibus venire tribuendam ; licet alijs in locis , vbi diversa dicere videantur , quām quæ in Hebraicis codicibus habentur , non quidē illa diversitas putata est mendositas.

13 Nec favere potest D. Leybē assumpto , quòd illa numerorum diversitas in Septuaginta lectione reperta à nemine sit emendata : id enim observantia , ac discriminis , tunc à D. Augustino propheticō spiritui tribuitur , quando non dignoscitur Scriptoris error : At , in prælibata centenariorum additione , error Scriptoris seu transcriptoris deprehendit , & à S. Doct. cognoscitur ut liquet ex superioribus : ergo in hoc punto Hebræo fonti , & ei cohærenti Vulgata lectioni standum omnino est.

14 Quintum consectarium sit . Diversitas numerorum in octava generatione reperta , qua scilicet in Septuaginta lectione vi-ginti anni minus consignantur Mathusalem ante genitum Lamech , putanda est astutia fal-lax , excogitata videlicet ad occultandam in-dustriam , qua centum anni prius solent adjici , & postea detrahunt : Patet hoc ex doctrina D. Augustini ipsiusque verbis , *sc̄t. præced. nu-mer. 10. traditis.* Vnde refellundus est Dominus Leyba , qui aliter conatur suam concordiam sta-

stabilire , sed inefficaciter , vt fusè ostensum fuit in superioribus.

15 Sextum consectarium : sive cre-datur ita esse factam additionem centenario-rum , sive non credatur : id observandum est , vt cum diversum aliquid in vtriusque codici-bus , scilicet Septuaginta , & Hebreacis inve-nitur , quandoquidem ad fidem rerum ges-tarum vtrumque esse non potest verum , ei linguae potius credatur , vnde est in aliam per Interpretes facta translatio . Patet ex *sc̄t. præced. numer. 11.* D. Augustini ; at Vulgata He-braicis codicibus conformis est , in hoc Chro-nologiæ puncto , quod versamus : igitur ex mente D. Augustini , etiam ante authenticam Ecclesiæ approbationem , quam ex Tridentina synodo habemus , lectio Vulgata , & Chrono-logiæ ratio tradita in illa præferenda est lec-tioni Septuaginta , vbi vtraque simul vera sta-re non possit : Cum ergo in hac temporum ratione vtraque lectio stare nequeat , ex dictis , Vulgata equidem præferenda est .

16 Vel tandem alia locorum con-cordia est querenda , cum tradita ab Illustris-simo Leyba subsistere non possit .



SECTIO XXVI.

Proponitur objectio quedam ex Ägyptiorum Dynastijs descendens.

VT longèvam illam mundi ètatem, quæ ex Septuaginta lectione colligitur, fulciat D. Leyba, ad Ägyptiorum Dynastias configuit, & *sect. 2. num. 22.* concordiam suam probare, nítitur sequenti consideratione, quia nèpè vt Abulen. refert in *Chronico Eusebij*, pàssim, & præcipue in his Chronologijs primæ, & secundæ atatis, in annis 290. quos Vulgata habet à Diluvio, incipiēdo à nativitate Arphaxad, usque ad nativitatem Abraham, ex auctoritate Manethonis: & Methastenis, quos citat, Ägyptiorum Chronologiæ fidissimorum scriptorum, impossibile fuit transcurrisse in tam brevibus seculis, vix tribus, Principatus, sive Dynastias quindecim Ägyptiorum Regum; & ipsa quæ clavum tenebat Monarchia Ägyptiorum, tempore Abraham, per plures quam centum duraverat annos, quæ famigerata Thebæorum Dynastia fuit; eo quòd Dynastia erat familiarum per lineam rectâ usque ad Successoris defactum Principatus; summèque excreverant civitatum maximarum populationes, Provin-

sia,

Ciæ, & regna, vt ex ipsâ libri Genes. Vulgatae historia patet; & Abraham ipsius, dè quinque Regibus victoria ostenditur; de quo late ex præjàctis Authoribus Abulensis; ne ergò historiarum antiquissimarum penitis abrogetur authoritas, plures annos, quâm in Vulgata exprimuntur, & in versione Septuaginta testificâtur, nempè à nativitate Arphaxad ad Abraham, plusquam 1100. recipere debemus, & de concordia cum Uulgata laborandum est, & ipsi textus Vulgatae commodam de gentium extensione post Diluvium ante Abraham recipient intelligentiam; nam à 290. annis Vulgatae ad 1100. Septuaginta vel Sanctæ Ecclesiæ 942. multi deficiunt. Sic D. Leyba, & pergit.

2. Vrgetur maxime tertia oppositio, (inquit) cōfirmaturq; gravissimè ex Sacro Textu Divi Lucæ in *Evang. cap. 3.* vbi brevitas (ponderato cursu sæculorum vix trium, id est, 292. annorum à Diluvio, usque ad Abraham) in Vulgata detegitur, ex eo, quòd deficiat in in ipsa serie Patrum, post Diluvium à Vulgata textu, vna integra generatio, nempè Cainan filij Arphaxad; de qua expressè meminit S. Lucas in Genealogia Domini, & hic est apud Septuaginta Interpretes secundus post Diluvium, & Nepos Sem, filij Noe, expressus in 130. annis, qui innegabilis est, ex infallibili Evangelij auctoritate, & ipse 130. an-

L 2

nos.

nos occupat , 162. annos tantum relinquens; de expressis in Vulgata à Diluvio ad Abrahā; ex quo tertie objectionis , ad Cœlum usque excrescit difficultas , ex angustia temporis in 162. annis , vt Vulgata verba cap. 10. Genesis capiant interpretationem, ibi versiculo 10. fuit autē principium Regniejus (Nemrod) Babilon, & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennar. De terra illa egressus est Assur, & adificavit Ninivie , & Chalæ: hæc est civitas magna , &c. Et hæc omnia ante Abrahæ nativitatem , & non incepérant tempore Phaleg ab nepotis Cainan , vt ex ipsa serie textus apparet , & anno , quo Nemrod capít regnare, divisæ erant regiones gentium : & ibidem vers. 23. divisio terræ fuit tempore prædicti Phaleg; divisio vero ad mundi totius populationem , gentium exercitus necessarius fuit , qui 162. annorum brevissimo cursu post Diluvium aggregari non potuit ; ergo curandum est de ampliatione sæculorum post Diluvium , ex concordia versionis Vulgatæ cum versione Septuaginta , qua ratione cogente , inveniatur tempus ad Civitatum , & Provinciarum magnarum , & exercituum populationem. Hac tenus ille.

*** *** *** ***
SEC-

SECTIO XXVII.

Prelibata objectio excinditur.

REspondeo , de Ægyptiorum Regno , ac Regibus tot circumferri fabulas , vt ex illorum Dynastijs nullum posset congruum fieri argumentum ad plures annos suprà eos , qui ex Vulgata lectione , & Hebraeo fonte habentur, enumerandos , & concedendos. Ergo , vt Sapientissimus P. Pererius inquit *commentario in Genes. cap. 10. vers. 4. & 6. disput. 2. de Antiq. Ægypt.* Quæ de innumerabilibus suorū Regū , & suorum rerum, ac gentis annis jactat Ægyptij apud Herodotum lib. 2. Platonem, in *Timæo* , Diodorum lib. 1. & Melam, lib. 1. cap. 9. vt anniles nugæ , ac Poetarum fabulæ , meraque mendacia rideantur , & contemnantur.

Sit exemplo quod Pomponius Me la de istorum vanitate scribit : Ipsi , inquit, vetustissimi, vt prædicant, hominum trecenos , & triginta Reges ante Amasim , & suprà tredecim millium annorum ætates , certis annilibus referunt : mandatumque literis servant, dum Ægyptij sunt , quater cursus suos vertisse sidera, ac Solem jam occidisse bis, vnde nunc oritur. Sic ille.

3 Ac fuisse quondam inter multas gentes de principatu antiquitatis non minus pertinaci studio , quam superba , vel stulta potius vanitate decentatum , ex historijs tam Gracis , quam Latinis manifestum est. Athenienses se ipsos appellabant indigenas , & ab origines ; sed major Arcadum vanitas vel insania , qui se , quasi genitos ante lunam , iactabant. Inde est illud ovid.lib.1. faſtor.

*Ante Jovem genitum , terras habuisse feruntur.
Arcades , & Luna gens prior illa fuit.*

4 Sed lubet (inquit quoque P. Pererius) novam quandam miramque de antiquitate *Ægyptiorum* Gerardi Mercatoris viri in Chronographia diligentis , & docti opinionem excutere , & ex verbis ipsius Gerardi in hunc modum ejus refert sententiam. Etsi supra Saltim inferioris *Ægypti* , & Timaum Thebaydis , sive superioris *Ægypti* , contemporaneos Reges nullius Regis nomen extat , quod ego sciam , tamen Dynastiarum multitudo ab Eusebio notata vetustissimum , & cum primis ferè hominibus natum esse regnum *Ægypti* , satis arguit. Etenim sedecim Dynastias numerat Eusebius ante imperium Paſtorum , quos Hicsos appellat Manethon apud Iosephum , libro primo , contra Appionem , eas verò Dynastias exiguo annorum ſpatio concludere , non conuenit ; non enim leviter , &

ſubitò regnorum potestas ex uno ſtemmate vna ue natione ad aliam transit ; sed deficiente demum priore , vel ſuperveniente potentiore , quod in magnis regnis rarius contingit , nec sine hujusmodi transitu facile administrationis forma mutatur. Eusebius ſanè in his Dynastijs , quarum tempora digeſit , paucas breviores centum annis , cumplures autem longiores facit , vt annorum 103. 144. 178. 190. 348. quam rationem , ſi vt cumque imitemur , in primis illis quindecim Dynastijs , quarum annos non exposuit Eusebius , omnino apparebit cum primis ferè hominibus habitationem *Ægypti* , & qualecumque regnum eſſe ortum ; namque ſi annos mundi mille octingentos quadraginta ſex , ad Saltis Regis initium , & exordium decimæ septimæ Dynastie possitos , per decem Dynastias dividamus , prodibunt centum quindecim circiter anni , quos in singulas promiscue Dynastias admittere non eſt absurdum , & Thebanorum quidem Dynastia , qui ante Saltim , & Hicos imperarunt , annorum centum , & nonaginta ab Eusebio designatur , quem numerum exacte in Diluvij principium (quò Dynastia neceſſario transferenda erat) incideſe , observatu dignum eſt. Cæteras verò quindecim priores Dynastias comprehendent anni mille ſexcenti , quinquaginta ſex , qui ante Diluvium fuerunt. Sic Mercator.

5 Cujus hęc summa opinionis , & argumentationis est , quoniam decimæ sextæ Dynastia Ægyptiorum à qua orsus est Eusebius annos regum Ægypti recensere , cum ipso Diluvij tēpore concurrit,hinc cōcluditur , priores quindecim Dynastias , quas Eusebius tacitis earum annis præterivit , non potuisse non tantum temporis comprehendere , vt gentem Ægyptiorum ęqualem ferè primorum hominum facere,necessę sit.

6 Sed multa in hac disputatione Mercatorem fefellerunt (inquit perdoctus P. Pererius.) Principio , initium decimæ sextæ Dynastię vult Mercator concurrisse cum ipso tempore Diluvij : at Eusebius Diluvio posteriorius id facit , ducentis nonaginta duobus annis , signans ipsum in ortu Abrahæ , computa ex præmissa Tabella annos à Diluvio usque ad ortum Abrahæ. Deinde exordium decimæ septimæ Dynastie , quę fuit Pastorum , & in qua primus rex fuit Saltis , Mercator signat in anno mundi millesimo octingentissimo quadragessim sexto ; cum tamen ex computatione Eusebij necessę sit, ipsum annotari in anno post Orbem conditum bis millesimo centessimo quadragessimo , siquidem decima sexta Dynastia cepta est anno post Diluvium ducentesimo nonagesimo secundo , stetit autem annis centum nonaginta. Quod si Mercator

ali-

aliter , quām Eusebius Dynastias illas ordinare , earumque tempora dirigere suo arbitratu vult , fidem minimè meretur , cum de istiusmodi Dynastijs nihil extet apud ullum auctorem , nisi quod ab Eusebio proditum est.

7 Jam verò quòd cuique illarum quindecim priorum Dynastiarum assignat Mercator annos centum quindecim , id faciet ex suo sensu , & arbitrio fingens. Eusebius certè multis commemorat longè breviores centum annis , vt vigesimam secundam annorum quadraginta novem , vigesimam tertiam , quadraginta trium : vigesimam quintam quadraginta quatuor ; vigesimam octavam sex ; vigesimam nonam viginti , trigesimam decem & octo.

8 Addo opinioni Mercatoris videris apertè contrariam divinam scripturam , quę perspicuis verbis tradit , post Diluvium factam esse discussionem , & dispersionem hominum in varias provincias. Hoc indicant extrema illa verba cap. 10.lib. Genef. ab his (inquit) tribus filijs Noe divisa sunt gentes in terra post Diluvium : quo significatur talem divisionem non fuisse ante Diluvium. In capite autem vndeclimo, planissimè dicitur causam discessio nis hominum in varias provincias fuisse confusione linguarum , quę accidit adiffican-

ti-

tibus turrim Babel. audi scripturam : *Atque ita* (inquit) *divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, & cessaverunt edificare civitatem.* Et idcirco vocatum est nomen ejus Babel, quia ibi confusum est labium universa terre, & inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.

9 Jam vero Joannes Annius in his commentarijs, quibus supplementum Manethonis interpretatus est, primas illas quindecim Dynastias uno tantum, & sexaginta, centumq; annis definit: primam earum orsus ab anno centessimo trigessimo primo post Diluvium, quo scilicet tempore facta est divisio linguarum, & discretio hominum in varias provincias: Dynastie, inquit, Aegyptiorum primę à Diluvio usque ad quadragessimum tertium annum, (qui fuit natalis annus Abrahæ) quindecim fuere, vt Eusebius in suo Chronico scripsit. Primae duodecim fuere sub duodecim primis diis majoribus Aegyptiorum, quarum singulae durarunt septem annis, eorumque fuit initium in anno centessimo trigessimo primo post Diluvium. Omnes igitur earum anni fuere quatuor & octoginta. Reliquas tres Dynastias dii minores tenuerunt, & quidem decimam tertiam annis quatuordecim, decimam quartam annis viginti sex, decimam quintam annis triginta septem, qui si mul-

Prælibata objectio, &c. Sect. 27. 171
mul sumpti continent annos septem & Septuaginta; adiecti vero priorum Dynastiarum annis summam essent viii & sexaginta centumque annorum. His si adjicias vnum & triginta centumque annos à Diluvio transactos usque ad exordium primæ Dynastie, reperies duos & nonaginta superque ducentos annos usque ad finem, decimæ quintæ Dynastie, & initium decimæ sextæ, id est, usque ad quadragessimum tertium annum Nini, & primum Abrahæ, quo tempore cæpta est decima sexta Dynastia, quæ appellatur Thebæorum.

10 Si cui fortasse haec Annij Chronographia Dynastiarum non placet, huic per me licet, & cum Pererio, existimare fabulosa esse, que de illis quindecim primis Dynastis prodita sunt; nempe accepta a foliis Aegyptijs, qui alia per multa, vt de immenso ævo suę gentis regum, literarum, & annalium impudentissime mentiti sunt. Mihi certè merum videtur commentum, fuisse Dynastias Aegyptiorum ante Diluvium, vel etiam in ipsius mundi primordijs, vt putat Mercator: quomodo enim intra primos mundi ducentos, vel etiam centum annos, Adam proles adeo multiplicari potuit, vt ad Aegyptum usque habitandum propagata sit? Certè si tunc fuit gens Aegyptiorum, necesse est fateri, fuis-

fuisse quoque tune Assyrios, Chaldeos, Armenos, & complures alias gentes; quinimò hasset tanto magis, quam Aegyptios, quanto eorum loca viciniora erant loco Paradisi, propè quem habitasse Adamum credibile est. Paradisum autem vel in Mesopotamia, vel non procul inde fuisse, probabiliter dicitur.

SECTIO XXVIII.

De iisdem Aegyptiorum Dynastijs aliorum gravium Authorum sensa.

¹ **P**ater Salianus tom. I. *Annalium, an-*
mundi 1931. numer. 61. de Mes-
raim, filio Cham, hæc habet: se-
quitur Mesraim, cui sine villa controversia in
fortem contigit Aegyptus: Mesrais (inquit
Josephus) sua manit appellatio. Aegyptum
enim *Mesren*, & *Mesraos* Aegyptios vocamus,
quotquot eam regionem incolimus. Sic ipse.
Et paßim scriptura non aliter Aegyptios,
quam *Mesraim* appellat, ab hoc Mesraim ne-
pote Noe. Ex quo perspicue refelluntur, tan-
quam commentitia, quæ de sua illi quondam an-
tiquitate praedicabant, & alij ex Herodoto in
Euterpe, quem ipsum satius erit audire. Ad
hunc usque, (inquit) narrationis locum, &
Aegyptij, & Sacerdotes referebant, demoni-

tran-

trantes à primo Rege, ad Vulcani Sa-
cerdotem hunc (Sethon) qui post remus regna-
vit, progenies hominum fuisse trecentas qua-
draginta vnam, & totidem interea Pontifices,
totidemque Reges. Trecentæ progenies, idem
quod decem millia annorum, pollut. Nam
tres virorum progenies centum anni sunt, ex
quibus vna, & quadraginta, quæ reliquæ sunt
ultra trecentas, sunt anni mille trecenti qua-
draginta. Et mox, dicebant intra hoc tem-
pus, quater Solem præter consuetudinem fui-
sse ortum: bis quidem illinc exortum, vbi
nunc occidit, bis autem vnde nunc oritur il-
lic occidisse. Sed hæc est tantum bina muta-
tio, quia cum oriebatur ab occasu, occidebat
in ortu. Alibi etiam ab Aegypto quodam
Hercule ad Amasin Regem, septemdecim
annorum millia ijdem numerant. Ut scilicet
ficticias illas suas Dynastias expleant. Verum
inconsultarum fabularum satis.

² Nam cuivis (inquit idem Salianus,
numer. 62.) qui tantillum sapiat, satis constat
Aegyptios antiquiores non fuisse Pincipe, ac
fundatore suo Mesraim, filio Cham, & ne-
pote Noe, neque eum ante divisionem terra-
rum in Aegyptum profectum, aut ante con-
fusionem linguarum, quæ in annum à Dilu-
vio 275. cadit, à conditu autem rerum 1931.
Illas autem Dynastias quindecim, quas an-

te Abrahamum, Eusebius memorat, ab Africano, sive Manethone, Aegyptio Sacerdote mutuatas, quae retro ad Adamum ipsum pertingere possint, ut putat Mercator, merito ut commentitias respuimus; præsertim cum eas Moyses aperte refellat cap. 10. Genes. fine, cum ait: *Haec familiae Noe juxta populos, & nationes suas, ab his divisæ sunt gentes in terra post Diluvium.* Recte, nam ante Diluvium, ut nulla erat linguarum, ita neque nationum distinctio. Ergo ante Diluvium Aegyptiæ esse nequiverunt, nedum quindecim Dynastias expleverint, ter millium trecentorum, & septendecim annorum, & insuper 74. annos decimæ sextæ Dynastiarum, ut est apud Scaligerum, & Africanum, ex quo fiait, ut earum initium, Adami ortum mille Septingentis & triginta quinque annis antervertat.

3. Idem Salianus in Scholio ad num. 61. super verba Herodoti, sunt anni mille trecenti quadraginta, inquit: Imò sunt 1366. cum gemino triente, quod neque Valta notavit, quod sciam, neque ejus emendator Steph. & rursus cum reddit annos trecentorum, & vnius generationum 10340. annos ponit, cum reperiantur 11366. & paulo amplius. Hec ille, quae impossibilem magis ostendunt tot generationum præcedentium existens

tentiam, aut præteritionem.

4. Aug. Torniel. vir eximiæ eruditioñis, in re præsertim Chronologica, tom. I. Annal. sacr. anno ab Orbe condito, 1932. & secundæ atatis 276. numer. 3. de eisdem Aegyptiorum Dynastijs hæc scribit. Ab hoc quoque circiter tempore, & non prius, sed potius aliquando post, oportet inchoata esse Dynastias, seu Potentatus Aegyptiorum; certum est enim, ex supra dictis, & irrefragabili ipsiusmet Scripturæ testimonio, ante divisionem linguarum, gentes non esse divisas, sed post: neque vias alias Orbis regiones, præter Armeniam, & Babiloniam, & loca ad Orientem illis proxima, ab hominibus post Diluvium fuisse inhabitatas, nisi ut diximus, post divisionem linguarum. Quamobrem benè Joannes Lycidus lib. 5. de emendat. temporum cap. 1. & in suis tabulis, primam Aegyptiorum Dynastiam inchoat ab initio regni Nemrod, & Chaldeorum. Vnde necessarium videtur asseverare, sexdecim illas priores Dynastias, quas Eusebius in Chronico ponit, præcessisse ortum Abrahæ, aut fuisse multo pauciiores, aut admodum breves: etenim hinc ad nativitatem Abrahæ computantur tantummodo anni centum septem, ut patet in tabulis, nemirum sexaginta quinque regni ipsius Nemrod, seu Belli, qui fuit primus Rex Chaldeorum, & quæ dra.

draginta duo regni Nini , qui immediatè succedit Belo : natum enim esse Abrahamum anno quadragezimo tertio regni ipsius Nini, infra sub anno mundi 1997. numer. 1. probabitur. Vnde sequitur , non potuisse singulas Dynastias septem annos explevisse : hæc Torriellus : Et ex dictis satis conspici valet, infirmum valde esse argumentum, quod à D. Leyba ex his Ægyptiorum Dynastijs instituitur, ad extendendum tempus , & annos à Diluvio usque ad Abrahæ ortum , vt locus detur annorum centenarijs , quæ in Septuaginta codicibus addita reperiuntur , supra annos , quos in Vulgata legimus.

SECTIO XXIX.

PP. Dionysij Petavij, & Jacobi Gordonis mens de Ægyptiorum Dynastijs.

P. Dionysius Petavius , præclarus sacerdos Chronologie scrutator , & Doctor. tom. 2. de doctrina tempor. lib. 9. cap. 15. de Ægyptiorum Regum epocha inquit: Quo in originibus suis verus statu mandantis audatores fuerent Ægyptij, quām reliquæ nationes , eò foedioribus mendacij illorum est historia omnis adpersa. Afrikanus ex Manethone Dynastias eorum XXXI.

recenset , quibus annos imputat 5354. Harum Dynastiarum seriē fragmenta Eusebiana continent, quam merito repudiavit Eusebius, & in Chronicis alteram est amplexus , quæ ad annos mundi , & ad historicam veritatem effet aptior. Herodotus lib.2. Ægyptiorum Reges aliquot , eorumque gesta perceriset, vt & Diodorus lib. 1. qui ex Ægyptiorum fide memorat indigenas Reges annis amplius MMMDCC. in Ægypto regnasse. Sed ea gentis est fabulosa vetustas. Nec minus cum veritate pugnant tot illæ Dynastiæ , quas ex Africano digessit Scaliger; in quo Eusebium frusta redarguit , quod ab illa Dynastiarum serie desciverit.

2 Atqui Dynastias istas confitas, & ridiculas esse, temporum longinquitas ostendit. Porro qui Chronologiam , & verorum temporum historiam profitetur , prolepticos illos , & postulatos annos omittere debet, nec ante Diluvium , multo verò minus ante Mundii conditum Imperij vlli originem inchoare, quod sine ullo iudicio fecit Scaliger.

3 Quamvis igitur Ægyptiacarum Dynastiarum incerta sunt initia , conjecture tamen locus est , eas sub idem tempus , quo Assyriorum regnum conditum est , exortas suis. Quocirca in postremis Dynastijs Epochæ aliqua consideranda est , in qua ratiocinia nos

nolstra figantur. Ea verò omnium aptissima est, Cambysis annus quintus, quo Aegyptum in potestatem rededit, paulo post Amasis necem. Ad hoc enim tempus sex, & viginti Dynastias recenset Africanus, quas annos expleuisse dicit 5159. De Cambylis primordio postea disputabitur. Et est illud (puta Cambylis initium) cælestibus observationibus apud Ptolemaeum longè munitissimum. Convenit autem anno periodi Julianæ 4185. annus ergo quintus ejusdem est Periodi Julianæ 4189. Mundi 3459. à Diluvio ad hoc tempus anni fluxerunt 1803. quo intervallo Dynastiarum concedenda sunt spatia. Sed detrahendi prius anni, qui Diluvium inter, & linguarum divisionem interjecti sunt. Sunto illi ut in Assyriorum Imperio constituimus, 152: supererunt anni 1650. ab Aegyptiorum exordio ad Cambysis annum quintum, Persarumque dominatum; per quos, si lubet, omnium, que apud Africanum leguntur, Dynastiarum series dispensari potest, quod ego frivolum, otiosumque judico. De Scaligeri in postremis Aegyptijs Regibus hallucinatione, & inconstantia dicetur alibi. Sic Petavius.

4 Nemo tamen ex perdoctis Chronologis, quos mihi perlegere licuit, ficticias has Dynastias melius refellit, quam P. Jacobus Gordonus *Chronolog. tom. I. Period. 2. cap.*

4. numer. 5. & seqq. vbi inquit. Certè de antiquitate gentis, vt rem hanc à suo exordio repetam, certant Scythæ, & Aegyptij. De qua re illud in universum habetur ex traditione Hebræorum, notitiaque quam à majoribus acceperunt; Noeum illis sortibus, distribuisse Orbem nepotibus, & à tribus ejus liberi tres Orbis partes præcipuas tunc numerari, retentasque postea à Geographis. Non nullisque circa hanc Orbis divisionem interpositis, in hunc modum Gordonus pergit. Redeo ad controversiam de antiquitate. Mirabilantur Aegyptij apud Herodotum, Diodorum, & Platonem de sua antiquitate supra triginta annorum millia, & Solem volunt bis occidisse, vnde nunc oritur, dum sunt Aegyptij. Non absimili vanitate Arcades se ante Lunam genitos dicebant. Quam tamen Arca-dum assertionem ex convitio natam interpre-tatur Scaliger initio *Prolog. lib. de Emenda*, sic Athenienses se se prædicabant, non ter-ræ advenas, sed indigenas, aborigines: *Lege Strab. lib. 8. Justinus etenim; lib. 2. tradit* suis *se inter Scythas, & Aegyptios contentionem non modicam de gentis antiquitate. Sed fa-*bulosa sunt hæc initia.

6 Illud potius miror, Mercatorem in sua Chronologia Aegyptijs dedisse, & locum, & Dynastias plurimas ante Diluvium

Noc. Imò primos Ægyptios coniicit non multum absuisse ab Adamo , & primo mundi initio : quia , inquit , illa Dynastia Ægyptiorum , à qua Eusebius inchoat annos Regum Ægypti , concurrit cum anno Diluvij ; & decem quinque illæ Dynastiæ , quæ præcesserunt , ingentem , vt putat , annorum numerum complecti debuerunt.

7 Omitto eos , qui postulatitias tantum Periodos proponunt , & longè ante mundi creationem gratis excogitatas , ad faciliorē , vt inquiunt , ineundam rationem veri temporis , quod est ab Orbe condito . Sic Scaliger , in Chronologiæ canonibus Isagogicis , fngit Periodum Julianam postulatitiam , & inchoatam longè antē conditum Orbem , & Mosaiacas Chronologias . Quod ille tempus prolepticum vocat , vsque ad creationem , deinceps verò historicum . Et sic facile Ægyptiorum Dynastijs cum Julio Africano locum dat , vt potè inchoatis , si Dijs placet , ante Moysis Chronologiam . At cur non ante initium Periodi illius Julianæ ? Si enim fictioni locus est , licebit in infinitum hujusmodi temporum terminos , seu Epochas excogitare , quæ Periodum confictam illam Julianam multis annorum millibus antecedant .

8 Sed nos has temporum fictiones omittimus , vt inutiles , & solum ab Orbe

PP. Dionysij , Eccl. Sect. 29. 181
condito veros annos , quæque ab illo tempore acciderunt , attingimus . Quod ergò spectat ad hæc tempora , sicut fictio est , fuisse Dynastiæ villas ante Chronologiam Mosaicam , seu ante Adamum primum hominem : ita illud , quod indicat Mercator , re vera etiam figmentum est , Dynastiæ Ægyptiorum fuisse ante Diluvium , ferèque attigisse mundi pri-mordia . Et in primis repugnare hoc videtur Sacrae Scripturæ , quæ citato cap. 10. Genes. v. 32. ait à filijs Noe gentes dissipatas , & per vasti Orbis loca dispersas post Diluvium , & iterum cap. 11. vers. 9. ostendit discessionis causam fuisse confusionem linguarum , vnde locus nomen accepit : nam Babel idem est quod confusio . Ob hoc merito consentiunt cordati scriptores , hanc divisionem per colonias accidisse , tempore Phaleg , qui proinde à patre Heber accepit propheticō spiritu nomen à divisione sumptum , nimirum quando natus est , vt est probabilitor Augustini sententia . Vel saltè nomen illud accepit sub finem vitæ , nato jam Abrahamo , vt putat Ge-nebrardus , quicquid enim nunc dicatur de anno nominis possiti , certè accidit post Diluvium .

9 Quod autem de quindecim illis primis Dynastijs , circumfertur , eas ab Africano , & à solis Ægyptijs accepit Eusebius .


ob quorum figmenta , vel maximè tempus illud à plerisque ante Diluvium dictum est fictum , aut iamginarium. Et quis credat Mercatori , ab ipso statim mundi exordio ita filios Adæ multiplicatos , & non tantum Mesopotamiam , ac vicina Paradiso loca , sed , & remotam Ægyptum , uno fere contenario replevisse , vt etiam Dynastijs locus esset. Certè quod de illis primis quindecim Dynastijs , proditum est , merito videtur multis fabulosum ; & quæ Eusebio est 16. non malè fortassis prima nominabitur.

10 Alijs etiam titulis notantur hæ familiae Ægyptiorum , quæm quos ponit Eusebius , nec desunt , qui ponant tres Pastorum Dynastias. Joannes Annus ad supplementum Manethonis , inchoat illas quindecim Dynastijs , anno post Diluvium 131. qui nobis est annus mundi 1787. quo nimirum tempore facta est illa discessio , & linguarum divisio ; at durasse eas putat annis 161. Et sic numerat ille 292. annos à Diluvio usque ad initium decimæ sextæ Dynastiæ , quæ ab Eusebio appellatur Thebaeorum , quem annum ille vult , esse primum Abrahæ , & 43. Nini. Plura de Dynastijs tradit P. Gordon. cap. 4. & hactenus de antiquitatis questione. Quamvis autem incerta sit vt vidimus Dynastiæ harum origo , nihil tamen yetat , quo minus , omissis

prior-

prioribus , saltèm decimam sextam , & sequentes Eusebianas Dynastias atexamus annis nostris expansis , quod aliquam habent eæ familiæ posteriores affinitatem cum sacra historia , quanquam annorū ratio Eusebiana , quoad Dynastias satis incerta sit. Earum primam lo- cavimus ad annum mundi 1978.

11 Cap. autem 6. idem Gordonus numer. 7. inquit , à Misraim initium ducunt Ægyptij ; quorum regio hinc vocatur *Erest Misraim* , producuntque imperium per multas Dynastias : quibus quanta fides adhibenda sit , satis explicatum est cap. 4. citato. Certe hoc loco , neglectis primis illis Ægyptiorum quindecim Dynastijs , vel ex sola antiquitate fabulosis , initium sumimus à decima sexta (seu mavis prima) que ab Eusebio appellatur Thebaeorum , qui Thebas 100. portarum considerunt. Inchoatam vult Eusebius anno primo ortus Abrahæ , qui nobis est 1978. & durasse annis 190. hoc est , usque ad annum 30. Jacob : qui est annus Mundi 2168. vt notamus ad annos expansos ; ubi reliquæ Dynastias , seu familias ordine prosequimur. Sic ille,



SECTIO XXX.

*Conjectaria ex quibus Leyba fundatum di-
lucidius evertitur.*

Primum. Eusebius, quem Leyba laudat, & cujus authoritate putatur, se protegi, ab ipso Leyba expouendus, seu potius omnino est illi contrarius, patet: quoniam Eusebius longè absuit, ut existimaret, veram esse temporis rationem ex Lectione Lxx. depromptam: tum quia Eusebius in Chronico expressè fatetur, & docet, Ægyptios ortum ducere à *Mesraim*, filio Chami, ut in ipso cernere est Eusebij Chronico: Nec Ægyptiorum Regnum, ac Dynastiae ortum habere potuerunt, usque ad linguarum divisionem, ut per se notum est: porro autem linguarum divisio facta est in ortu Phaleg *Genes. cap. 10. ibi: Nomen Phaleg, eo quod in diebus ejus divisa sit terra:* unde ante Phalegi ortum nec facta erat divisio linguarum, nec regnum.

2 Deinde à Diluvio usque ad ortum Phalegi, si numeros editionis Septuaginta sentemur, interfuerunt anni 531. siquidem Sem biennio post Diluvium genuit Arphaxad, qui, anno 135. genuit Cainan, qui anno 130.

ge-

genuit Sale, qui anno 130. genuit Heber, qui anuo 134. genuit Phaleg. Si autem horum fiat epilogismus annorum, subducentur 531. quibus detractis in secunda ætate, scilicet à Diluvio usque ad ortu Abrahæ, remanere non potest sufficiens intervallum pro quindecim Dynastijs, præsertim si Dynastia quævis sit durationis æqualis, ac Dynastia Thebæorum, quæ dicitur ab Eusebio, & in objectione proponitur annorum centum, & nonaginta; & sequens decima septima Dynastia fuit centum trium annorum: vnde Dynastæ quindecim ante Abrahæ ortum transactæ efficerent annos mille quingentos, aut saltē supra mille; & tamen etiam editionis Septuaginta inhærendo chronologiæ, datisque Thare in ortu Abraæ 130. annis, ut plurimorum fert sententia, fient solum anni septingenti, & unusquod si Abraham natus fuit, anno Thare septuagesimo, subremant anni sexcenti quadraginta, & unus: vnde tot Dynastijs locus non relinquitur: Imò juxta Illustrissimi Tostati calculos periodus illa à divisione linguarum usque ad ortum Abrahæ fuit solum annorum quingentorum & quadraginta.

2 Et quoniam D. Leyba in suam sententiam, & ad annos à Diluvio usque ad Abrahæ ortum multiplicandos, Ægyptiorum illis quindecim Dynastijs det locum,

Illus-

Illusterrimum , ac Sapientissimum Abulensem adducere videtur , operæ pretium duxi integrum de hac re periodum tanti Doctoris excerpere ex ipsius in Eusebij Chronicon commentarijs ; est enim opus non vulgare , & infinita penè eruditione refertum , at non nisi Castellano nostro Idiomate Typis mandatum reperitur ; immò Eruditissimi Card.Bellarminus , & P. Philippus Labbe , in suis *dissertationibus de Script. Ecclesiast.* horum commentatororum memores non sunt,

3 Nostræ igitur Hispaniæ Salomon , Abulensis Illusterrimus Presul , & Majoris Salmantini Collegij D. Bartholomei eximium decus , part. 2. coment. in Euseb. Chronic. cap. 32. cuius inscriptio est , quod summa annorum secunda etatis vera est juxta Hebraicam literam , & non juxta Septuaginta Interpretum , & rationibus in contrarium adductis respondet. Propositisque dubitandi rationibus , seu quæ pro veritate lectionis Septuaginta faciunt. Respondeatur , (inquit Castellano Idiomate in Latinum converso) Non est vera supputatio Interpretum in prima , nec in secunda etate ; quoniam sèpè addunt centum annos ante generationem. Et quod dicitur de quindecim Dynastijs Ægyptiorum , possumus respondere primò ; Hoc argumentum esse leye , intendit enim infirmare fidem Sa-

cræ Scripturæ ob auctoritatem Scripturæ alterius non Sacrae ; multò enim majoris Autoritatis est Sacra Scriptura , quam alia quæcumque ; quælibetque Scriptura , quæ Sacrae paginæ videatur esse contraria , rejici debet tanquam falsa , quoniam vero solum potest falsum esse contrarium ; quamobrem cum harum Dynastiarum temporisratio videatur contraria Sacre Scripturæ , possumus inficiari , tot fuisse Dynastias ; quoniam istæ Ægyptiorum Dynastiae , aut principatus innotescunt nobis dumtaxat ex autoritate Manethonis Ægyptiorum historiographi , à quo scilicet eas def. impedit Eusebius ; quapropter dicere possumus pauciores fuisse Dynastias , eas scilicet quæ paucis annis atatis secundæ circumscribi possint.

4 Aliter , & multò melius (pergit Tostatus) respondebimus , fuisse quindecim Principatus Regum Ægyptiorum ante Abramini nativitatem , & post divisionem linguarum in Babilonia ; verumtamen illi includi potuerunt hoc exiguo tempore , quod fuit quasi ducentorum annorum , quoniam principatus brevissimi temporis extitere , & singuli paucorum annorum. Et quando arguunt , quod tam magnæ Dynastiae claudi non poterant , tam exiguo tempore , respondebimus , quod non fuerunt priores illæ Dynastiae

tā magnē durationis sed admodū brevis; quoniam si tam ingentis fuissent durationis, sicut in annis Hebræorum circumscribit non posse, ita nec in annis Interpretum locum haberent; siquidem Dynastia decima sexta continet centum nonaginta annos, ut habetur in litera Eusubij, & existentibus prioribus quindecim ejuscemodi durationis, completerent omnes ferè tria millia annorum: Secundūm verò calculos Interpretum, à divisione linguarum usque ad Abrahā ortum, interiunt dumtaxat anni quingēti, quadraginta & unus, id quod ex eo cernere est, quod linguarum divisio facta fuit, tempore Phaleg, Genes. cap. 11. A Diluvio autem usque ad Phaleg nativitatem, juxta Interpretum Chronologiam, inveniuntur anni quingenti triginta unus: scilicet, biennio post Diluvium, Sem genuit Arphaxad, & Arphaxad, cum esset centum triginta quinque annorum, genuit Cainan: & Cainan, cum esset annorum centum triginta, genuit Salē, & Sale, cum esset annorum centum triginta, genuit Heber, & Heber, cum esset annorum centum triginta quatuor, genuit Phaleg; qui omnes anni conficiunt quingentos triginta unum: quibus detractis ex mille Septuaginta duobus, qui reperiuntur in aetate secunda, juxta Interpretum calculos, subremant anni quingenti quatuor.

quadraginta unus: quo in tempore, includi non possent quindecim Dynastie, nisi singulae paucorum essent annorum: Dicemus ergo, in annis secundæ aetatis, juxta literam Hebraicam, præcessisse hujusmodi Dynastias; verum tem non fuerunt æqualis durationis; sed aliquæ exigui admodum temporis, aliæ verò longioris; quoniam in aliquibus unus dumtaxat imperavit Rex, in alijs plures, sic enim cernere licet in sequentibus Dynastijs; nam trigesima fuit solùm annorum decem octo, & aliae breviores etiam fuerunt, & hoc modo in periodo ducentorum annorum reperiri poterant quindecim Dynastie, & consecuta statim fuit decima sexta Dynastia, quæ sola tantæ fuit durationis, quantæ fuerunt præteritæ omnes. Hactenus Abulensis: cujus verba ut in ipso iacent nostro Idiomate sic se habent.

5 Respuesta: No es verdadera la cuenta de los Interpretes en la primera, ni en segunda edad, por quanto muchas veces añade ciento ante de engendrar. Y quando se dice de las quinze Dyastias del Reyno de los Ægyptianos, podemos responder en vna manera, que este argumento es liviano, queriendo enslaquecer la Fè de la Santa Escritura por autoridad de otra escriptura, que no sea santa. Ca es de muy mayor autoridad la San-

Santa Escriptura que todas las otras ecripturas. Y qualquiera ecriptura que parese ser contraria à la Santa Escriptura, debemos negar ansi como falsa , porque à lo verdadero no puede ser contrario , salvo lo falso : y assi por quanto el cuento , ò los años de estas Dyvastias paresce contrarias à la autoridad de la Santa Escriptura: podemos negar aver seido tantas Dyvastias. Por quanto estas Dyvastias, o Principados de los Egypcianos no los aveamos , salvo por autoridad de Manetho Historiador de los Egypcios , del qual las tomò Eusebio , y ansi diríamos que fueron menos Dyvastias en tal manera que copiessen en estos pocos años de la edad segunda.

6 En otra manera , y mucho mejor responderemos que fueron quinze Principados de los Reyes Egypcianos ante el nacimiento de Abraham , y comenzaron despues del repartimiento de las lenguas en Babilonia. Empero copieron en este pequeño tiempo el qual fue quasi de docientos años, porque fueron aquellos Principados muy pequeños en tiempo , y cada uno , de pocos años.

7 E quando arguyen que tan grandes Dyvastias no cabrian en tan pequeño tiempo responderemos que no fueron las otras primeras tan grandes Dyvastias mas muy pequenas. Ca si tan grandes fueran assi , como no

copieran en los años de los Hebreos, ni copieren otrosi en los años de los Interpretes. Ca la Dyvastia diez y seis contiene ciento y noventa años , segun paresce por Eusebio en la letra , y seyendo todas las quinze passadas tales facian cerca de tres mil años , empero segun los años de los Interpretes , desde el repartimiento de las lenguas hasta el nacimiento de Abraham fincan solos quarenta y vn años , y quinientos mas. Sic Sapientissimus Tostatus , qui pergit comprobans hunc annorum numerum juxta ea quæ latine dedimus, & tandem concludit: Pues dirémos que en los años de la segunda edad , segun los Hebreos fueron estas Dyvastias empero no fueron iguales mas vnas fueron muy pequeñas , otras mayores. Ca en algunas avia vn Rey solo , y en otras mas ansi paresce abajo , donde la tricesima Dyvastia tiene solos diez y ocho años , y otras serian menores , y en esta manera en docientos años podian caber quinze Dyvastias , y siguiose luego la decima sexta Dyvastia , la qual sola fue tan grande como todas las otras passadas.

8 Deinde idem Illustrissimus Tostatus ead. 2. part. commentar. in Euseb. Chron. cap. 59. vbi inquirit, quomodo potuerunt esse Agyptiorum Dynastiæ quindecim ante Abrahæ ortum , aliquorum, suppressis eorum no-

minibus, opinione proposita, afferentium; ideò veram deberi censeri temporis tationem, quæ ex codicibus Septuaginta subducitur, inquit, id stare non posse, quoniam is annorum numerus verus non est, sed aliquorum scriptorum industria adhibitus, vt supra idem Abulensis ostendit, & computatio quæ ex Hebraicis codicibus fit, quam nos sequimur (inquit Abul.) est vera, juxta quam parum temporis interfuit à divisione linguarum usque ad Abrahæ ortum, quando incipit decima sexta Dynastia, scilicet anni quasi ducenti: & intra hoc tempus ait, concludendas quindecim illas Dynastias.


9 Conficitur ergò D. Leybam non rectè afferere, quod Illustris. Abulensis in comment. Chron. Eusebij, dixisset, impossibile fuisse, quindecim prædictas Ægyptiorum Dynastias seculis vix tribus concludi; cum semel, & iterum fieri posse, & ita dicendum esse, docuerit in ipsis Eusebij commentarijs locis præcitatiss, & excerptis.

10 Confititur deinde, in eadem obiectione, Illustris. Leybam sibi contrarium ostendi, quoniam ad illius confirmationem ibi afferit, innegabilem esse Cainan nepotem Semini, vtique distinctum à Sale, alias nihil difficultatis ex hac augeretur generatione, adeo que D. Leyba tribuit Cainan 130. annos: cum

tamen idem Leyba, vt vidimus sect. 12. numer. 10. & sect. 13. numer. 4. dicat, rejeciendam hanc Cainan generationem, quoniam illa admissa, & interjecta, destruitur omnino secundi anni magni computatio facta ab anno 81. vita Noe usque ad ortum Abrahæ, juxta codices Septuaginta Interpretum, quorum admirabile totum artificium in ea stat computatione, ideoque expungendum inquit Cainan: quem modo admittendum omnino afferit, sed verò illo interposito, & enumeratis annis 81. Noe, & sequentibus usque ad Abrahæ nativitatem, juxta lectionem Septuaginta inveniuntur anni 1591. vt ex superiori tabella, & textu Septuaginta excerpto sect. 7. liquidum fit;

ea autem summa superat 130. annis magnum Cynicum annum, excogitatum à D. Leyba, anno rum videlicet

1461.



SECTIO XXXI.

Alia difficultatem ex Romano Martyrologio emergentem proponit, & elevat, vulgatamque editionem præferendam, stabilit.

EX usu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in lectione Martyrologij conficitur aliud à D. Leyba argumentum, pro retinenda Chronologia, quæ ex lectione Septuaginta Interpretum colligitur, vt cernere est in observatione Eminentissimi Cardinalis Baronij ad Romanum Martyrologium, die vigesima quinta decembris, vbi sic habet.

2 Anno à creatione Mundi quinques millesimo centesimo nonagesimo nono. Ita antiquæ tabulæ Ecclesiæ, secundum supputationem Septuaginta duorum Interpretum. Ex Eusebij Chronicō: quam quidem tam Occidentalem, quam Orientalem Ecclesiæ constat, esse secutam. Scimus autem de annorum calculo ab origine mundi varias esse diverorum sententias; quorum alij, in his, Septuaginta duos Interpretes, alij autem Hebraicam veritatem secuti sunt: rursumque nec in ynam convenire sententiam, qui prædictos

dictos Interpretes, sicut nec qui Hebræorum codices sunt sectati; adeoque inter se disentire, vt licet tam latinorum, quam græcorum ingens sit numerus, qui tempora suppitarint; nullus ferè, qui alteri in omnibus consentiat, inveniatur; jureque in his dici illud possit: Quot capita, tot sententiae. Non est nobis modo dicendum per singula, nec brevi Scholio coartanda sunt, quæ prægrande volumen exposunt. Satis tibi sit cādide Lector, nos hic demonstrare ejusmodi annorum supputationem positam esse more majorum, simulque ostendere, Catholicam Dei Ecclesiæ in supputando annorum numero Septuaginta Interpretes sequi consuevisse. Est de his in primis S. Augustini testimonium lib. 15. de Civ. Dei, cap. 11. vbi agens de supputatione temporum: eos (inquit) in Auctoritatem celebriorē suscepit Ecclesia, &c. Cum tamen aliquando idem plus tribuat Hebraicæ veritati, id quæ (vt ait) non vt deroget dictis Interpretibus, sed quod qui ex ijs descripserunt, aliquo errore lapsi sunt. Ita dicto lib. 15. cap. 13. id ipsum S. Hieronymus de Hebraic. quest. in Genes. Insuper Julianus Episcopus Tolestanus doctrina, ac sanctitate celebris docet, atiquū esse morē Romanæ Ecclesiæ in supputatione temporum sequi Septuaginta duos Interpretes. Agens enim contra Judæos, pluri-

ribusque differens, ac preferens eam Interpretationem illi, quæ ex Hebraicis codicibus colligitur, post multas rationes, hac subdit de antiquo Ecclesiæ vsu. Ergo (inquit) illa nobis, & sola pro his annis est observanda authoritas, que merito omnibus editionibus, & translationibus antefertur; quam etiam usque omnes Doctores Ecclesiastici tenuerunt, & in hac præcipue annorum supputatione secuti sunt. Hæc Julianus.

3 Docent hæc etiam (pergit idem Eminentissimus Baronius) cum rerum Ecclesiasticarum exempla, tum etiam Sanctorum Patrum auctoritates, & testimonia. Acta synodica æcumenica, secundum prædictos Interpretes, annos enumerant. Constat id ex sexta Synodo can. 5. apud Theodor. Balsam. pag. 198. Refert ex inde tredecim præciuos Ecclesiæ Patres ex Græcis, & Latinis: allegat testimonium antiquorum Martyrologiorum: Recenset antiquiores Judæorum Historicos, & nominatiū Josephum; ac tandem concludit sic: *Quod si, qui ex textu Hebraico colligitur numerus, cettior esset, Hieronymus ejus sectator, atque defensor ad quid in lib. I. comment. in epist. ad Titum cap. 3. hæc ait? Ejusmodi annorum centum numerum, aut difficile est invenire propter librorum varietatem, & (dum paulatim de inemendatis inemendata scribuntur)*

erro-

errores inolitos: aut, & si invenimus magno studio, & labore, nihil profutura cognoscas. Faciunt certam quidem fidem ejus rei multipli- cates supputatores ab invicem discrepantes; qui licet ab Hebraico fonte numerum deducant annorum mundi, vix unus, vel alter, qui alteri in omnibus consentiat, reperitur. Cujus rei creditur desperatione viatos antiquorum complures, qui ante tempora Constantini scripsere de temporibus commentarios, non nisi à Moysis tempore annos numerare cepisse, vt tradit Lactantius lib. 4. cap. 5. Quamobrem nulli facessat negotium, si de annis ab origine mundi ex Hebraica veritate alij, tum antiquiores, tum recentiores, supputaverint annos. Nam si id assequi majoribus minus licuit, certè quomodo id recentiores sibi tutò vendicent, non intelligo: Etenim si codicum restituenda lectio est, non nisi ex antiquioribus exemplaribus rectè fieri posse contingat. Hucusque Baronius.

4 Cui tamen sapientia, & sacra purpura Eminentissimo, & conspicuo scriptori, tum Illustrissimo Leybæ, qui eodem vtitur argumento, fieri satis, haud impossibile autemo, primò, si vtique perpendamus, quod licet ingens sit authoritas, qua 70. Interpretum editio munita sit, pro ut in objectione allegatur; tamen non minoris momenti, sed

majoris esse debet gravitatis Vulgata lectio, etiam quoad numeros Chronologicos, cum illa vniuersim, & quoad omnes suas partes authentica, & canonica à Tridentina synodo pronunciata sit. Vnde Eximius noster Doct. P. Suarez hanc attingens difficultatem tom. I, in 3. part. disp. 5. sect. 1. vers. Prima ergo atas (inquit) Prima ergo atas duravit mille sexcentis quinquaginta sex annis. In quo nulla est controversia inter Catholicos: quoniam id clarè sumitur ex Genes. 5. & 7. juxta Hebraicam veritatem, & vulgatam editionem. Græci verò, sicuti Septuaginta Interpretes sexcentos annos addunt huic atati. Sed decepti sunt; errore Græcorum exemplarium, quibus, hac in parte, fides non est adhibenda. Hæc Doct. Exim.

5 Secundò respondeo cum P. Jacobo Tirino tom. I. Chronicī sacri cap. 47. prope finem, ubi consimilem ferèque eandem elevans objectionem inquit: Quod de Vulgari Romanæ Ecclesiæ calculo, quem Dionysianum vocant, quo vsa est hucusque Ecclesia, secundum quem præsens hic annus quo hac scribo est 1630. quidam arbitrari possebant, eum judicio Ecclesiæ comprobatum esse, nec licebat ab eo deflectere; frustra est: neque enim ea mens est Ecclesiæ, quæ non aliter vtitur calculo Dionysiano, quoad tempora, quam calculo vtatur Eusebiano, quoad tempora an-

te Christum (in quibus tamen peritiiores qui que Chronologi plus mille annis dissentiunt ab Eusebio) & vfa est Kalendario, Breviario, imò, & Biblijs non adeò correctis, vsque ad tempora sexti V. Nempè solùm vñum voluit, forte quia tunc meliora ad manum non erant. Coeterū vitia non probat; sed corrigit, cum commodum fuerit. Quod haud dubie circa Dionysianum quoque calculum (qui maxime invaluit 532. anno à nato Christo) jam pridem præstisset, nisi vsus illius jam nimis invaluerit, & sine ingenti totius Orbis incommodo mutatio illa fieri non posset, cum publica instrumenta omnia jam à mille annis secundum eum calculum confecta sint. Vnde, & Illustrissimus Annalium scriptor Baronius licet toto biennio prævertat calculum Dionysij quo ad diem notalem Christi, ne tamen perpetuò dissideret à Dionysio, potius in progressu historiae, duo paria Consulatum ex fastis erasit, Fulvium Æmilianum, & Pomponium Bassum 2. anno Christi 259. Et Cornelium Secularem cum Junio Donato, anno Christi 260. quos tamen alij omnes agnoscunt, & admittunt. Simili modo Onuphrius, Panvinus, Mercator, & alij, quo citius in eandem Dionysij. Æram devolvantur, eradunt M. Aurelium Probum, Augustum, & Anicium Paulinum Consules anni Christi 277. & alij alios.

Ego malim (pergit Tirinus) ingenuè fateri, me in natali Christi, cum quæstio de illius anno instituitur, toto biennio, triennio, quadriennio, pro ut exigit sententia, quam sequi decreverim, pervertere calculum Dionysij, quam loco movere Consules, & seculo tot annos eximere. Coeterum in subducendis annis sequentibus, rebusque toto Orbe gestis recensendis, insistam perperuò Dionysij calculo, cum is vsus jam invaluerit: hec semel premonuisse contentus, æram Christi, quam mihi pro vera delegerim, toto biennio, triennio, vel quadriennio, antevertere æram Dionysianam, & annum Christi, qui secundum Dionysium jam est 1630. secundum verum calculum esse 1632. 1633. vel 1634. Nam annum primum à Nato Christo Dionysianum ex aequo competere cum 46. anno Juliano, Mathematicis, ac Chronologis omnibus pro indubitate est. Vnde tot annis calculum Dionysianum, in inchoanda vera æra Christi, anteverto, quot annis perverto 46. annum Julianum.

6 P. Perierius lib. 7. de rati. temp. ant. Diluv. cap. 5. q. 3. ad fin. ait: Non me fugit (quod etiam nuper annotavit sub finem sui apparatus ad Annales Ecclesiasticos, Cesar Baronius, eruditus sanè, pius, ac diligens rerum Ecclesiasticarum scriptor) plerosque veterum

tum tam Græcorum, quam Latinorum, Chronologiam quæ hoc loco est in translatione Lxx. Interpretum sequi maluisse: quod eam translationem illi cernerent multis seculis esse in Ecclesia Dei reverenter usurpatam, religiosè que cultam, atque ob eam causam aliqua in parte eam mutare, aut non sequi religioni haberent. Sed apud me (quantum ad Chronologiam de qua nunc agitur) Auctoritas Scripturæ Hebraicæ, ac Latinae versionis vulgatae, nec non, & duorum principum Ecclesiæ Doctorum, Hieronymi atque Augusti. judicium, & sententia præponderat.

7 Tertiò; Eminentissimus Baronius protigi nequit D. Augustini, & D. Hieronymi Auctoritate, quoniam D. Augustinus aperte docet, hoc in puncto Hebraicæ lectio- ni, cui consona est Vulgata, potius standum, quam translationi Septuaginta Interpretum, ut fusè ostendimus sect. 20. per totam. Con- cinitque D. Hieronymus cum D. Augusti. vt Baronius ipse non diffitetur, in Hebraicis quæ- stionibus. Deinde Julianus doctrina, & sanctitudine conspicuus floruit anno 980. & ante, vt cernere licet apud P. Philip. Labbe in sua *Historic. de Script. Ecclesiast.* quo tempore editio vulgata eti magni haberetur, non tamen ea, qua nunc polebat auctoritate, à Concilio Tridentino præsertim derivata, qua- Ici-

scilicet nulla editio, lectiove potest illi antefieri, sed nostra debet Vulgata propugnari; idque D. Julianus nunc temporis faciendum diceret: videsisquæ suprà de Auctoritate hujuscæ sacræ, & Uulgatæ editionis dixi *seçt.* 5. per totam, nec non Sapientissimum Mag. Lorcam in 2. 2. *D.Thom.* *disp.* 9. *de Locis Cathol.* *num.* 8. *pag.* 411. cujus hęc sunt præcipiūe notanda verba: *Est tamen certum, quām certa sunt Theologiae documenta, editionem illam purissimam (scilicet Vulgatam) & in ea restitutam esse veram lectionem ad omnimodam integratatem: adeò ut si quis defectum vere lectionis notaret, etiam si non interpreti, sed Scriptoribus adscriberet, vel aliquam ex lectionibus, quas correccta hæc reiecit, veriorem esse contenderet, temerarius, & audax merito censeretur.* Sic ille, cui adstipulatur noster Sherlogus *tom.* 1. *in Cantica. Anteloq.* 7. *seçt.* 1. *numer.* 8. *pag.* 314.

8 Et quidem post Tridentini decreto, Latinum Vulgatum Textum esse coryphēum, & facilè Principem, ac veluti Regem Textuum omnium Sacrorum, cujuscunque sint idiomatici, edocent ex Societatis nostræ Scriptoribus P. Valentia *in Analysis*, lib. 8. cap. 5. Perierius, *tom.* 1. *in Gen.* lib. 13. *numer.* 43. Card. Bellarmin. lib. 2. *de Verb. Dei*, cap. 11. Sacroboscus *in Defens. Tridentini Decreti*, *seçt.* 1.

*sententiae Bellarmini de Authoritate Vulgate. Gretserus in ejusdem Bellarmini defensione, tom. 1. eap. 2. lib. 2. Pineda, præfatione in *Job. cap.* 10. *numer.* 6. Torres, *in 2. 2. Div. Thom.* *disp.* 22. *dub.* 4. Azor, *Instit. Moral.* *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 3. *quaest.* 3. Tanner, *tom.* 3. *disp.* 1. *de fide,* *quaest.* 5. *dub.* 2. *Affertione* 1. Acosta, *lib.* 2. *de Christo revelato*, *cap.* 16. Uazquez, *tom.* 1. *in 1. p. quaest.* 1. *art.* 10. *disp.* 18. *numer.* 1. *&* 2. Villalpando, *in Ezechielis extrema visione*, Cornelius à Lapide *in Ecclesiast.* *in Proleg.* *cap.* 3. Joann. Ferdinandez *in Thesaur.* *Script. Praelud.* 6. *numer.* 7. Elizalde, *in forma vere relig.* *quaest.* 16. *numer.* 293. *& seqq.* Salmeron, *tom.* 1. *Proleg.* 9. Richardus Lincaeus *tract.* 7. *lib.* 1. *de Theologia, & Locis*, *cap.* 1. *& numer.* 10. *&* 11.*

9 Præter nostros concipiunt Basilius Legionensis *in question. varijs q. 4. exposit.* *cap.* 10. Canus, *lib. 2. de Locis*, *cap.* 13. Galarça, *Evangelic. Instit. lib.* 1. *cap.* 10. *fine*, Nicolaus Ramos *in Affert. veter. Vulgata pag.* 28. Ludovic Lopez *in Isagog. Sacre Script. difficult.* 6. *seçt.* 3. §. *meritò ergo*, Petrus Lop. de Mont. *de concordia sacrar. editi. lib.* 2. *quaest.* 4. Gamacheus *in 1. p. q. 1. cap.* 12. Bolducius *tom.* 1. *in Job. Praelud.* 9. §. *In quo tamen Payva, in Doctrinal. script. lib.* 2. *cap.* 7. Gravina Catholic. *Prescription. tom. 2. lib. 4. pag.* 379.

10 Quapropter , si collatis inter se
undique conjecturis, non posset in aliquo even-
tu ad liquidum , confessumque deduci vbinam
interveniat librariorum error , an scilicet in
lectione Vulgata Latina , vel in alia quavis,
profecto Vulgate standum potius esset, quam
Hebraicę , aut Græcę Septuaginta , aut alij
vlli , vt prælaudati edocent Scriptores . Sed in
re nostra non librariorum aut descriptorum
errori tribuitur numerorum discrepantia quæ
Uulgata reperitur respectu lectionis Septuagin-
ta ; imò à D. Augustino , & D. Hieronymo ,
plurimisque Interpretibus in editione Septua-
ginta agnoscitur descriptorum error : omni-
no igitur Vulgatæ lectioni adhærere debe-
mus.

11 Nec solum post Concilij Tri-
dentini Decretum authentica est editio Vul-
gata Latina , verum etiam , & ante illud au-
thentica in Ecclesia habebatur ; quoniam ea
semper usi sunt, summoque in honore habue-
re Patres , & Scriptores Ecclesię juxta illam
Concilij Tridentini clausulam , quæ longo tot
seculorum usu in ipsa Ecclesia probata est . Et
sanè Uulgatam editionem , etiam ante Decre-
tum Tridentini fuisse authenticam , docet in
terminis Basilius Legionensis in varijs , quest.
4. cap. 10. probatque ex Augustino lib. 2. de
Doctrin. Chriſt. cap. 15. & lib. 8. de Civ. Dei
cap.

cap. 43. & Epist. 10. ad Hieronymum, Grego-
rio lib. 10. Moral. cap. 24. Isidoro , lib. 6. Ety-
molog. cap. 5. & lib. 1. de Divin. Officijs, cap. 12.
Rabano , lib. 2. Institut. Cleric. cap. 54. nec non
ex Anselmo , Bernardo , Ruperto , Haymone ,
Hugone , Ricardo , & alijs, qui jam olim Vul-
gatam , velut authenticam , & venerati , & in-
terpretati sunt ; idem edocet P. Gretserus
in defensione Belarmin. lib. 2. cap. 11.

12 Unde cum in Vulgata semper ,
& penes cuncta ejus exemplaria ijdem numeri
Chronologici in prima , & secunda mundi æta-
te reperiantur , ac reperti fuerint , conficitur
sanè , hanc Chronogiam non minoris sed
majoris etiam Authoritatis esse, maximè post
Tridentinum ; imò , & ante Tridentini De-
cretum , inspecta rei veritate , quæ ex Sacri
Concilij declaratione elucet : rursus ex ipsa
communi acceptione Ecclesię ante Tridentini
Decretum pluribus retro ſaculis eadem lectio ,
& temporis ratio comeduntur , ita vt non po-
lit dici rejecta ab Ecclesia , sed magni habita ,
etiam ante Tridentinam Synodum.

13 Quod autem ex D. Hieronymo
in com. Epist. ad Titum , adducitur , primo lec-
tionis , ac Chronologiæ repertæ in exemplari-
bus editionis Septuaginta infirmat authorita-
tem, cum adeò dubia hæc temporum ratio in
objectione proponatur . Secundo id incertitu-
nis

nis constat evenire quoad alios numeros, qui ad annos primæ, & secundæ ætatis non attinent: vt in ipso D. Hieronymo dict. cap. ad illa verba: *Stultas autem quaestiones, & genealogias, videre est.*

14 Tertiò D. Hieronymus expressè approbat in hac parte lectionem Hebraicam, cui consona est ipsa D. Hieronymi translatio, & nostra Latina Vulgata editio, adeoque errorum agnovit in exemplaribus Septuaginta quoad Chronologiam in prima & secunda etate; & si id erroris non ipsis 70. Interpretibus, sed potius eorum editionis transcriptoribus attribuat. Vt cernere est in ipsis D. Hieronymi Prologo super lib. Paralipomi. ibi: *Si Septuaginta.*

15 Nec urgentioris momenti est quod ex Canone 5. sextæ Synodi, apud Theodorum Balsamonem adducitur; quoniam in primis hi Canones qui Trullani nuncupantur, non sunt Canonici, nec Ecclesiastica gaudent auctoritate: vt edocent, & probant Mag. Canus in suo laudatissimo opere *de Locis, lib. 5. cap. vlt. in resp. ad 6. argum.* pereruditus quoque P. Azor part. 2. *Inst. lib. 5. cap. 16. in sexta Synodo Constantinopolitana.* Id ipsum tradidérunt Vmbertus, Silvæ candidæ Episcopus, Legatus Leonis IX. libello contra epistolam Michaelis Patriarchæ Constantinopolitanæ, Theophanes,


nes, Græcus historicus: imò ipse Thedorus Balsamon in interpretatione eorundem Canonum, Mathæus, Monachus Græcus, in *Historia Conciliorum:* Porro autem hi Scriptores cum Græci fecerint Luculenter ostendunt contenta in prefatis Trullanis Canonibus non esse ex vi ipsorum, Canonicae Autoritatis: igitur quod in 5. *Trullano Canone Septuaginta Interpretum* probetur Chronologia non evincit, eam indubitate esse authoritatis, & fidei.

16 Secundo ex ipso Theodoro Balsamone, Canonum Interpretre suspecta sit hujuscem Canonis Authoritas, quoniam meminisse oportet, Theodorum Balsamonem Græcum esse schismaticum, Ecclesiae Romanæ hostem, erroribus non paucis defoedatum, vt notavit Genebrardus in *Chronologia pag. 616.* & 622. ideoque Scholia ejus, ac commentaria caute legenda nec eis multum fidendum, idem notat P. Labbe, & P. Tirinus in *indice Author. tom. 2. in Theodoro Balf.*

17 Quod tandem assertebatur in superiori objectione, plures ex antiquis, et si Authores diligentissimos, ante Constantini tempora ingentem agnoscisse difficultatem in Chronologica eruenda veritate circa annos ab origine mundi usque ad Moysem, minus vrguet; quoniam ex ipsa approbatione quam Latinæ Vulgata lectio

tio sortita est ex consensu Ecclesie, & Tridentini Authoritate, potuit veritas in clarescere amplius: tum quia Scriptores Neotherici ex antiquorum etiam documentis eandem veritatem magis stabilire potuerunt; vt in alijs etiam evenit disceptationibus.

18 Tandem Eminentissimus Baroniūs, & cum eo Illustrissimus Leyba esto editionis 70. Chronologam in prima, & secunda mundi ætate veram esse concluderent, non inde conficeretur, falsam esse temporis rationem traditam in Latina Vulgata; nec veram esse vtriusque lectionis concordiam, quam ipse eruditus Leyba exponit, & firmare conatur; fieri enim posset, quod alia esset possibilis conciliatio inter vtramque editionem.



SECTIO XXXII.

Aliæ Vulgatae Latina editionis cum lectione Septuaginta Interpretum traduntur conciliationes:

Igitur P. Joan. Ricciolus ingenti sua eruditione, & præstantissimo ingenio lib. 6. de Annis, & Epochis Hebreorum inter se prius, & deinde cum Epochâ Christi connectenâ cap. I. de Annis à creatione Mundi usque ad Diluvij Noeticum. Hanc statuit primam conclusionem. Certum est ab initio Mundi ad finem Diluvij Noeticum non intercessisse annos plures quam 2272. nec pauciores quam 1647. probabilius tamen est, aut fuisse 2256. potius quam 1656. conciliandamque 70. Interpretum cum Hebraica, & Latina Vulgata editione, aut in hac supputatione sequendos Septuaginta Interpretes de annis 2256. Neutrius tamen numeri certitudinem absolutam hactenus sunt afferunt. Sic ille.

2 Et aliquibus interiectis, idem P. Ricciolus sic pergit numer. 9. Primus modus conciliandi hos textus est, si dicamus, Adamum bis genuisse duos ejusdem nominis filios ita, vt anno vita sua 130. genuerit pri-

num Sethum , & centenio post , id est anno
vitæ suæ 230. alterum filium , quem nomi-
naverit Seth ; sive quod prior mortuus esset,
ad instaurandam eius memoriam ; sive quod
secularis illa periodus annorum visa sit identi-
tate nominis natanda, ad memoriam beneficij
ob suscepitam olim ante annos centum tam fel-
licem prolem. Quo exemplo alij deinceps
posteri eius multi , si non omnes , id imitati
voluerint , illi præsertim , qui anno centessimo
post primam generationem donati sunt prole;
fieri autem potuit , vt vtrumque esset in ali-
quo textu Hebraico antiquo hoc modo. *Vixit*
autem Adam centum triginta annis, & ducentum
triginta annis, & genuit Seth. Id est duos illis
annis filios eiusdem nominis Seth. Vel hoc mo-
do : *Vixit autem Adam centum triginta annis,*
& genuit Seth, & facti sunt dies Adam post-
quam genuit Seth, octingenti anni , genuitque
filios, & filias, & vixit Adam ducentum tri-
ginta annis, & genuit alterum Seth , & facti
funt dies Adam , postquam genuit Seth , septin-
genti anni , & genuit filios , & filias, & facti
sunt omnes dies Adam , quos vixit, triginta , &
nongenti anni , & mortuus est. Sed in alijs re-
centioribus codicibus Hebraicis compendij
causa, omissa sit illa repetitio , & aliquibus vi-
sa sit habenda ratio prioris , aliquibus poste-
rioris Seth , juxta diversitatem opinionum de

alte,

alterius præcellentia , & de cuius Stirpe Mes-
sias nasci deberet , cum jam constaret , non
semper primogenitos à Deo prælatos esse: Ipsí
verò Septuaginta Interpretes illius tantummodo
de duobus eiusdem nominis filijs tempus no-
taverint , quem propheticō spiritu noverant
pertinere ad Genealogiam Christi , vt id insi-
nuaretur Gentilibus , quo jam tum provide-
bant , tanquam secundo genitos , præferendos
Hebreis , licet primogenitus , vt veri Dei no-
titia prius edocetis: juxta illud mysterium, quia
major serviet minori.

3 Secundus modus est si dicamus ,
Adamum anno quidem 130. coepisse generare
filios , & filias diversi nominis , sed quia inter
filios omnium Excellentissimus fuit is , quem
anno 230. vitæ suæ genuit, nominavitque Seth ,
vtpotè , qui ad Genealogiam Christi pertine-
bat , & ad lineam rectam Messie , ideo solus
ille nominatus est , perinde , ac si dictum eslet.
Vixit autem Adam centum triginta annis, & ge-
nuit inter cœteros inclitum illum Seth. Quia vé-
rò emphaticus ille , ac figuratus loquendi mo-
odus , Hebreis quidem familiaris , alijs autem
minus notus , & cavillationibus obnoxius vi-
debatur , Septuaginta Interpretes , omisso tem-
pore primæ genitûræ , illud tantum notarunt ,
quo re ipsa juxta literalem , & obvium sensum
genitus fuit Seth unus ex Patriarchis de linea

Messiae. Quod autem dico de Adamo in ordine ad Seth , dictum volo de Setho in ordine ad Enos , & de reliquis,in quibus anni centum in Septuaginta abundant. Quando autem ille, qui primo est genitus , non erat ille, à quo per rectam lineam secundūm carnem propagandus erat Messias, non opus fuit figurato illo loquendi modo ; & in eundem annum convenit utraque editio, exceptis mendis de quibus *num.* 3. aut alijs in 2. *Etate cap.2.* attingendis.

4 Tertius modus est , si dicamus, Adamum anno quidem 130. genuisse filium, quem seculo evoluto , nempe anno 230. vi-
dens jam præ cœteris filijs robustum , sapien-
tem , ac timentem Deum, aut revelatione Di-
vina præcognoverit , ex eius linea Messiam
propagandum , alijs prætulerit in portione
hæreditatis , ac benedictione , ac declarando
illum caput posterorum , ac Principem stir-
pis , seu quod idem est , Patriarcham , ac ve-
lut de novo generat , & fortassis mutato no-
mine illum novo nomine Seth insigniverit: at-
que adeò anno 130. generat illum , quem
postea anno 230. nominavit Seth. Septuagin-
ta autem Interpretes , ad hanc novam , & mis-
ticam generationem respexerint , & ejus tem-
pus notaverint.

5 Quilibet trium horum modorum
eligatur , verum erit , Adamum genuisse Seth,

tam

tam anno 130. quam anno 230. vita sua , &
post annum 130. vixisse annos 800. post an-
num 230. vixisse annos 700. Quod si alieni,
aut duri , aut violenti videantur alicui hi mo-
di interpretandi , meminerit mysteria , myste-
ria esse , nosque ad misticos sensus ipsum S.
Augustinum amandas; vel ipse aliquid veri-
similius in lucem proferat , certè enim du-
rius est , & periculosius alterutram editionem
damnare erroris , & cum ea tot Pates , & Ec-
clesias, qui editionem præsertim Septuaginta
secuti sunt, Hactenus P. Ricciolus.

SECTIO XXXIII.

*Nonnullæ adversus prælibatas conciliationes pro-
ponuntur difficultates.*

I Terum præmoneo , me nullatenus
afferere , intendere ve , impossibi-
lem esse concordiam inter vrtam
que versionem , Vulgatam scilicet , & Græ-
cam Septuaginta Interpretum , sed argumenta
propono, quæ multiplicem prælibatam concil-
iationem evertore videntur , vt vel sapientio-
res eis occurant , vel aliam, si velint , inqui-
rant , inveniantque concordiæ viam. Igitur
contra primum conciliationis modum tradi-
tum à P. Ricciolo , perpendo , quod cum im-

prima Ætate in sex generationibus singulis sicut , & in secunda , in generationibus octo addat annos centum editio Septuaginta Interpretum , opus est dicere , in omnibus his generationibus contigisse , quod post centum annos primæ genitûræ eius , qui eodem nomine signabatur , fuit genitus alius , cui similis nuncupatio data fuit ; ea autem eventuum uniformitas in tot seculis fidem omnem supetrare videtur.

2 Secundò ex prædicta conciliatio-
ne fit , solùm Septuaginta Interpretum editio-
nem in Genealogia Christi esse veram ; editio-
nemque Vulgatam in tot generationibus as-
signatis esse falsam , cùm quoad numeros Chro-
nologicos , tûm quoad veros Christi Domini Progenitores , adeoque non concordiam sed contrarietatem , & vtriusque editionis ingen-
tem diaphoniam talè conciliationē continere .
Assumptum evincitur , primò quoad numeros Chro-
nologicos , quoniam ex prælibata concili-
atione colligitur , solùm numeros in editione Septuaginta Interpretum traditos adæquare tempus omne à mundi creatione usque ad Diluvium , & ab hoc tempore usque ad Abraha-
mi nativitatem ; at numeri , qui ex lectione Hebraica , & Vulgata Latina subducuntur in duplice illa ætate , sunt multò pauciores ; si-
quidem juxta Septuaginta in prima mundi èta-

te numerantur anni 2242. in Hebraico autem , & Uulgato textu inveniuntur tantum 1656. in secunda verò ætate juxta Septuaginta numero-
rantur anni 1300. Cainan generatione reten-
ta : in lectione autem Hebraica , & Valgata in
eadem periodo 450. tantum vel 480. compu-
tata . Cainan generatione : quarum discrimen
summarum continet annos 820. in hac se-
cunda ætate , & in priori annos 586. in tot igitur
annis defectuosa est , & fallax editio Vulga-
ta , sicut , & Hebraica ; id quod longè abest ab
vtriusque lectionis conciliatione .

3 Confirmatur ; quoniam ut sapè
adnotatum est , iij sunt anni Chronologici , quos
Pati vixere ante filiorum nativitates , sed iux-
ta P. Ricciol. Adam usque ad ortum Seth , à quo
derivati sunt alij Noemi , & Abrami Progenito-
res , egerat iam annos 230. cum igitur in He-
braico , & Vulgato textu , solùm reperiatur ,
tunc egisse Adamum 130. annos : hac tem-
poris ratio defectuosa , & fallax est , sicuti , &
in coeteris Patrum annis , in quibus discrepan-
tia ingens , multoque minor numerus quam in
lectione Septuaginta reperitur : hæc ergo nō est
editionum concordia , sed Vulgate oppugnatio.

4 Secundò incongrua apparet præ-
dicta expositio , quoniam ex ea fit , non fuisse
Christi Domini Progenitores Seth , Enos , Cai-
nan , Malaleel , & alios à Moyse relatos , in quo-

rum generationibus desunt annorum centenaria, quæ ingenerationibus cognominum addunt Septuaginta Interpretes: id autem ingens videtur absurdum, scilicet Vulgatam tradere falsam, aut fallacem Abrahami, adeoque, & Christi Domini Chronologiam. Sequela tamen probatur; vtque dilucidius id evincam; sit sermo de *Nachor*, Abrahami Avo, & Patre Thare: & in hunc modum differo: *Nachor* de quo in Vulgata, cum annorum esset 29. genuit *Thare*: at iuxta conciliationem præadductam, hic Thare mortuus fuit, quin genuisset Abraham; & ideo *Nachor* cum iam centum Septuaginta novem ageret annos, genuissetque alium filium, cognominem priori amissu esse voluit, vocavitque illum *Thare*, qui genuit Abraham: igitur *Thare* primogenitus dum *Nachor* annos tantum ageret 29. non fuit Pater Abrahami: at in sacro Geneseos textu iuxta Vulgatam lectionem, hic idem *Thare* genitus à *Nachor* agente annos 29. est Abrahami Pater: igitur Vulgata lectio falsam Chronologiam, & fallacem historiam continet.

5 Tertiò: de Seth, quem, juxta Vulgatam, genuit Adamus agens annos 130. inquit idem sacer text. *Genes. cap. 5. vers. 8.* Et facti sunt omnes dies *Seth* noncentorum duodecim annorum, & mortuus est: fieri igitur minime potuit, quod filius, quem genuit Adamus

Non nulla adversus, &c. Sect. 33. 217
mus 230. vitæ suæ anno, fuerit Seth nuncupationem sortitus, eò quod prior Seth præmortuus fuerit, cum potius ipse post Adami mortem, ad plures, nempè 112. annos vitam duxerit.

6 Quartò eadem infringitur concilia-
tio. Quia de illo Henoch Vulgata loquitur,
de quo asserit, quod vixit sexaginta quinque
annis, & genuit Mathusalam: Sic cernere est
Genes. cap. 5. vers. 21. deinde de eodem He-
noch, in textu Vnlgatae editionis, asseritur,
comitate 22. Et ambulavit Henoch cum Deo:
& vixit postquam genuit Mathusalam trecentis
annis: & genuit filios, & filias. Et facti sunt
omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque an-
ni. Ambulavitque cum Deo, & non apparuit
quia tulit eum Deus. At in codicibus Septua-
ginta, de eodem Henoch, qui raptus fuit, quia
tulit eum Deus, asseritur quod erat centum
sexaginta quinque annorum, quando genuit Ma-
thusalam, & quod postquam genuit Ma-
thusalam, vixit ducentos annos, & raptus fuit:
contraria igitur, & contradictoria enuncian-
tur his in editionibus: adeoque Vulgatae adhæ-
rendum omnino. Nec elevabitur contradic-
tio, dicendo aliū fuisse Mathusalam genitum
ab Henoch anno 65. vitæ suæ, alium verò ge-
nitum anno 165. prioremque Matthusalam vi-
ta functum, & propterea secundum, & natum

anno 165. vita Henoch, eadem nuncupatio ne donatum: id, inquam contradictionem haud potest elevare, quoniam falsum est; liquidò quippe ex Vulgata Genes. cap. 5. vers. 27. constat, primum illum Mathusalam ad 969. annos vitam perduxisse.

7 Quintò idem conciliationis modus corrigit Vulgatam lectionem, & Hebraicam, siquidem asseritur in primis Hebraicis codicibus fuisse descriptum duplēcēm Seth, omnesque illos antiquos cognomines Patres, in quorum Chronologicis annis addendo anno rum centenaria discrepant à Vulgata Septuaginta Interpretēs, & postea lapsu temporis, & ertore descriptorum, relictum esse vnum Seth, Enos, Cainan, & sic de reliquis: hoc que idem erratum transfusum in editionem Vulgatam: id quod nullo sufficiēti ostendit fundamento, prāsertim, cum nullus ex antiquis Interpretib⁹, imò nec ex recentioribus, excepto P. Ricciolo, id significaverit. Præterea cum ex eo error dimanet in versionem Vulgatam Latinam, nullatenus hæc admittenda conciliatio.

8 Contra secundum conciliationis modum obstat prīmō, quod, permisso etiam illo emphatico loquendi modo, superest ingens difficultas in concentum redigendi vitæ anno rum numeros consignatos post singulas gene-

Non nulla adversus, &c. Seth. 33. 216 rationes, usque ad vitæ terminum: exemplo sit Sethus, de quo Uulgata editio Genes. cap. 5. vers. 7. vixitque Seth postquam genuit Enos octingentis septem annis, genuitque filios, & filias. At juxta 70. Seth postquam genuit Enos, non vixit octingentis septem annis, sed dumtaxat 707. annis, & mortuus est: ad sensum igitur emphaticum, & figuratum hic aditus occluditur; quoniam aperte illa Seth vitæ periodus computari incipit ab ipsius Sethi activa generatione, seu nativitate Enos, & terminatur in eiusdem Seth morte. Vnde subducitur, quod, vt vera sit editio Septuaginta, vel admitendi sunt duo eiusdem nominis Enos, id quod hæc conciliationis hypothesis non adstruit, sicut nec duos Sethos: vel falsum est, quod Seth vixerit octingentis septem annis postquam genuit Enos, adeoque falsam esse editionem Vulgatam: idque præterquam quod admitti non debet, nullam etiam conciliatiōnem, sed contrarietatem assereret.

9 Præterea emphaticus ille dictio nis modua, vixit Adam centum triginta annos, & genuit filios, & filias, Illustrissimumque Seth: licet comprehendereret Seth posteriorem, genitum anno Adami 230. tamen, & diversam admodum continet locutionem ab ea, quæ in codicibus Hebraicis, & in Vulgata habetur, adeoque reijcit hanc Vulgata lectionem, quod fie-

ri non debet, & præterea obscuram, anticipitemque, vel truncatam exprimit Chronologiam, cum non exprimat annos elapsos in illius illustrissimi Sethi generatione: quapropter incredibile fit, sic fuisse à Moysè scriptum.

10 Minus propterea difficultatis in tertia reperitur conciliatione, quoad temporis rationem attinet. Verum enim verò haud parum facessit negotij primò, tot afferere revelationes, quot annorum periodi in editione Septuaginta adduntur: nimisrum sex annorum centenaria in prima Ætate, nempè in Adamo, Setho, Enos, Cainan, Malaleel, Henoch; & octo iterum centenaria in secunda Ætate, videlicet in Arphaxad, Cainan, Sale, Heber, Phaleg, Rheu, Sarug, & Nachor. Tot autem adstruendi revelationes, de eo quod ex tali capite, seu linea propagādus esset Messias, nulla adducitur, nec appetet necessitas, quia in prima ætate à Primo Parente Adamo iam noverant, ex ipsis Messiam generandum; licet ex qua linea futurus esset, nesciretur.

11 Ac propterea in secunda Ætate, Abrahæ fuit facta promissio, & revelatio; quæ velut singularis dei beneficentia Abrahæ concessa habetur, & magni fit: & meritò, nam nec in scriptura habetur, nec in suadam suam quispiam jure inducere poterit; quod eadem re-

Non nullæ adversus, &c. Sect. 33. 221
velatio seu cognitio concessa fuisset, v. gr. Sarug, & Nachor, abavo, & avo Abrahæ, quoniam si patribus iam esset concessa, etiam illa pervenisset ad Thare parentem Abrahæ, & subinde id quoque à proavis suis didicisset Abrahamus; nec opus esset nova illa revelatione, quæ habetur Genes. cap. 12. Inte benedictetur universæ cognationes terra. Idemque argumentum fieri potest, in reliquis Abrahæ antecessoribus. Subestque conciliatio ista difficultati adstruendi tot revelationes atque promissiones divinas Patribus omnibus de quibus supra de generando Messia ex sua stirpe.

13 Deinde ex hac tertia conciliatione infertur veram Chronologiam subducendam ex lectione Vulgata, non ex Septuaginta Interpretum: patet quoniam vera temporis ratio in prima & secunda mundi ætate subputanda est ex annis generationum, seu nativitatium Patriarcharum, secus autem ex annis consequentibus; quia alias bis ijdem anni numerarentur: exemplo res fiet clarior: Adam annos natus 130. genuit Seth: Seth annos natus 105. genuit Enos: adeoque in nativitate Enos, numerandi sunt ab orbe condito 235. anni: si verò accipiamus annos 230. in mystica Seth nativitate seu benedictione: & 205. in nativitate mystica Enos fient 435. anni: sed id contingit, ex eo quod Seth anni cen-

centum numerantur semel in 230. Adamis, & iterum in ducentis quinque ipsius Seth, dum mysticè genuit Enos : & idem continget in reliquis generationibus : ne ergo in hunc incidamus Chrōnologicum errorem, non debet haberi ratio nisi annorum in vera, ac naturali nativitate, seu generatione Patriarcharum : at hæc temporis ratio solum colligitur, & ostenditur ex lectione Vulgata, quæ vt sàpè dixi, Hebreæ consonat, igitur non rectè dicitur à P. Ricciolo probabilius esse, aut fuisse ab initio mundi ad finem Diluvij Noetici intercessisse annos 2256. qui ex Septuaginta lectione numerantur, quam 1656. qui ex Vulgata colliguntur. Rursus illa ducentorum, & triginta annorum præteritio adeò uniformiter expectata ad talem faciendam revelationem nullo sufficienti nititur fundamento.

13 Secundò si dicatur non interfuisse eas revelationes de Messia, sed tunc præcisè benedictione donatos, & electos Patriarchas ; inquirere possumus, an id ex divina revelatione, iussioneque fuerit effectum ? Vel secus ? Primum videtur, absque sufficienti fundamento affirmari vt ex dictis colligitur : secundum etiam indiget cōgrua ratione, & causa vt affatur ; maximè cum de Primæ ætatis Principibus, ac Patriarchis non legatur in Sa-

era Scriptura, quod eam electionem, & benedictionem filijs suis concederent : in secunda verò ætate, Noe benedixit vtique filijs suis Sem, & Japhet, sed verò cum iam esset plusquam quingentorum annorum, non præcissè ducentorum ; deinde Abraham cum 75. esset annorum, non à parente suo Thare, sed ab ipso Deo benedictus, promissionem adeptus fuit, de eo quod in ipso benedicebādæ essent universæ cognationes terræ *Genes. c. 12. vers. 4.* Præterea Abraham centenarius genuit Isaac, qui fuit à Deo ipso benedictione donatus, & designatus Christi progenitor, *Genes. 17. vers. 19.* & quidem antequam nascetur Isaac, id Deus Abraham promisit, vt dicto loco Genesis cernere est.

14 Isaac autem cum esset 138. annorum Jacobo agenti annum 78. benedixit, vt ostendunt Illusterrimus Abulensis, P. Peterius, & Salianus, nec non Torniellus ; sed verò illius nomen non mutavit, nec propterea ratio temporis diversa significatur. Jacob tandem præcipuam benedictionem Judæ impertitus fuit, sed id quidem contigit anno 147. ipsius Jacobi, iam morti proximi, vt probatur ex cap. 49. *Genes.* Et quidem licet propheticō aflatū spiritu ei pollicitus fuerit, non defuturum scepterum de Juda, Duce mque de semore eius, donec veniret Christus verus Messias, tamen nul-

latenus nōmen ipsius immutavit, nec tunc genitus esse dicitur. David etiam promissionem accepit à Deo, quod de stirpe ipsius futurus esset Messias : 2. Reg. 7. vers. 15. & Psalm. 131. iuxta communem Patrum intelligentiam, nihilominus non nova nativitate propterea dicitur genitus: ergo etiam admissis, seu permisssis tot divinis revelationibus in prima, & secunda aetate, quot sunt centenaria annorum addita in lectione Septuaginta: non ideo tunc geniti Patriarchæ illi dicendi essent.

15 Verum enim vero, etiam permisso, quod haec intēdit cōciliatio, scilicet ortū Sethi, v. gr. iusta tei veritatem contigisse anno 130. Adꝝ; mīsticam vero, allegoricamque nativitatē evenisse 230. anno ipsius Adami, & sic de reliquis discurrendo, conficitur, verum tempis, veramque Chronologiam in sensu literali esse dessumendam ex lectione Uulgata.

16 Haud me frigit, Morinum mīstica significatione in concordiam adducere lectionem Septuaginta, & Uulgatam in hucusque exāgitata difficultate; astipulaturque P. Eusebius Nierembergius de Orig. Sacr. Script lib. 7. cap. 19. At in præsentiarum cum veram disquiramus temporis rationem eam ex lectione Uulgata esse subducendam, dicendum est.

SACRA CHRONOLOGICA

DISSERTATIO SECUNDA.

DE ABRAHIMIDARVM COMMORATIONE, ac servitute in Ægypto.

ad intelligentiam Cap. 15. v. 13. Genesios.

SECTIO I.
EXPENDITVR DIFFICULTAS.



ESCENDIT illa, & satis
ingens ex capit. 15. vers. 13.
Genesios, ubi oraculum re-
fertur, quod à Deo Abraham
excepit, hisce verbis: *Sed
to prænoscens, quodd peregrinum futurum sit se-
mentum in terra non sua, & subiicient eos ser-
vituti, & affligenit quadringentis annis: undè ex-
ploratum appareret tempus servitutis posterio-
rum Abrahæ in Ægypto, hæc quippe fuit terra
aliena, aut non sua, in qua ipsi afflicti, & commo-
rati fuere.*

2 At, commorationem totam Abra-
himidarum in Ægypto haud fuisse quadri-
gentorum annorum, ne dum eorum ibidem ser-
vitutem tadiu durasse, subducitur primò, quo-

niam Caath , avus Moysis , juxta text . Exod . cap . 6 . vers . 18 . & unus eorum , qui cum Jacob ingressi fuerunt Aegyptum , Genesios cap . 46 . vers . 11 . vixit annis tantum centum triginta tribus , Exodi cap . 6 . vers . 13 . & quidem non tot annos egisse Caath in Aegypto , dicendum omnino est , cum jam in ipso ingressu aliquot egisset annos .

3 Amram vero filius Caath , & Pater Moysis Exodi cap . 6 . vers . 18 . vixit annos 137 . Exodi 6 . cap . vers . 20 . & quod necessarium quoque est , nec tot antequam in Aegypto genuisset Mosem : ipse autem Moyses octoginta annos natus erat , cum coepit liberare populum Dei de Pharaonis servitute , Exodi cap . 7 . vers . 7 . commoratio igitur posterorum Abrahae in Aegypto non potuit venire ad summam 400 . annorum : patet , siquidem anni 133 . Caath , 137 . Amram , & 80 . Mosis cum coepit liberare Populum , conficiunt praecise annos 350 . a quibus auferendi anni , quos vixerat Caath , cum Aegyptum ingressus fuit , & quos deinceps agebat Amram cum Mosem genuit : adeoque subremantur minus quam trecenti quadraginta anni peregrinationis , aut commorationis filiorum Israel in Aegypto .

4 Augetur secundo difficultas ex Apostolo ad Galatas , cap . 3 . vers . 17 . aiente :

Hoc

Hoc autem dico testamentum confirmatum a D . o , que post quadragecentos triginta annos facta est lxx . non irritum facit . ad evanescendam promissionem . Hae D . Paulus , ubi expolitores faci literaliter intelligunt , esse locutum de testamento ; seu promissione a Deo facta Abraham , & de Legge per Mosem Hebreis lata : Tum sic : legem esse latam tertio mense egressionis Israel de terra Aegypti , constat ex cap . 19 . Exodi : a promissione igitur ad egressionem usque constat , elapsos fuisse annos 430 .

5 Tum sic : Promissio facta fuit Abraham , agenti annos 75 . ut habetur Genes . cap . 12 . vers . 3 . & 4 . ibi : In te benedicentur universa generationes terrae . Egressus est itaque Abram scilicet praeceperat ei Dominus , & ivit cum eo Lot . Septuaginta quinque annorum erat Abram cum egredetur de Haran : a quo tempore usque ad Isaac nativitatem fluxere anni 25 . erat quippe Abram centum annorum , quando illum genuit . Genes . cap . 21 . vers . 5 . ibi : Cum contum esset annorum : hac quippe etate patris , natus est Isaac . Et hinc usque ad nativitatem Jacob fluxere anni 60 . quia , ut dicitur Genes . cap . 25 . vers . 26 . sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei parvuli : scilicet gemelli Esau , & Jacob ; ingressus autem est Jacob Aegyptum , atatis sue anno 130 . sic enim ipse testatus fuit , dum Aegyptum ingressus Pharaoni scitantि , quot

essent dies annorum vitæ suæ , respondit Gen. cap.47. vers. 9. Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt. Igitur à promissione Abrahæ à Domino facta usque ad ingressum Israëlitatum in Ægyptum fluxere anni 215. quoniam hanc sumimam efficiunt 25. à promissione usque ad Isaaci ortum , & hinc 60. usque ad nativitatem Jacob , huiusque 130. quando ingressus est Ægyptum.

6 Vnde fit , quòd ad exemplendum numerum annorum 430. de quibus Apostolus ubi suprà , nimirū clapsis à promissione usque ad legi lationem , & consequenter usque ad egressionem Populi Israëlitici ex Ægypto , non posunt superesse nisi anni 215. quibus completetur numerus 430. annorum. Indissociabili igitur consequentia fit , 215. annis , & nō pluribus commoratum fuisse in Ægypto Populum Israel. Quo igitur modo verum esse poterit , populum ipsum Israëliticum subiectum fuisse servituti , & afflictum 400. annis ; ut dicitur in sacro texto Gen. 15. v. 13?

7 Firmatur dubitandi ratio , quoniam ab ingressu Jacob in Ægyptum usque ad obitum Joseph fluxere anni 71. ut claret ex Gen. cap. 41. v. 46. & cap. 35. vers. 11. & cap. 50. vers. ultimo , tum cap. 41. vers. 28. & 29. rationem temporis subducendo in hunc modum : triginta annorum erat Joseph , quando stetit in cons-

De Abrahamidarum com. &c. Sect. 1. 229
conspicu Regis Pharaonis , eius edifferens somnium , ut in primo loco ex allegatis habetur : Jacob autem ingressus est Ægyptum novem deinceps annis clapsis , videlicet secundo sterilitatis anno , ut in secundo loco prædicto , præcesserant quippè fertilitatis etiam septem anni , ut in ultimo loco allegato , & ex sterilitatis septem , quinque solùm erant residui , ut ex cap. 45. vers. 12. mortuus autem fuit Joseph expletis 110. uitæ annis , ut in citato cap. 50. v. ult. patet.

8 Detractis igitur ab his vitæ Joseph 110. annis 39. quot nimirum egerat Joseph in ingressu Parentis sui Jacob in Ægyptum , subremant anni 71. Præterea ab obitu Josephi usque ad egressum ex Ægypto fluxere anni 144. quoniam Joseph mortuus fuit anno Mundi 2399. qui fuit Diluvij 743. egressio autem Israëlitarum ex Ægypto contigit anno Mundi 2544. & Diluvij 888. ut eruditè ostendit P. Salianus , ad eundem annum , ex Sacra Script. tum ex Josepho , Eusebìo , & Augustino ; quapropter ab obitus Josephi anno , inclusivè accepto , usque ad annum egressionis exclusivè , intercedunt anni prædicti 144. quibus adiecit 71. ut suprà , sit summa annorum 215. Totidem ergò annis , & non 400. commorati sunt Israëlitæ in Ægypto , prout edocent D. Augustinus quæst. 47. in Exod. Beda,

Rupertus, Eusebius, P. Pererius, Cornelius, Bonfrerius, Salianus, Azor, & alij frequenter ad cap. 12. *Exodi* vers. 40. dissentientibus Eugubino, & Genebrardo, aliam temporis rationem subducere conantibus, sed non sine inextricabilibus difficultatibus.

SECTIO II.

Eadem difficultas ulterius ostenditur.

INCREMENTUM accipit difficultas praesens ex eo quod ex illis 215. annis, quibus in Aegypto Israelitæ compotati sunt, demendi sunt alij haud pauci, in quibus afflictio adhuc non cooperat, nimirum 71. quibus vixit Joseph post Patri sui ingressum in terram illam; quoniam non nisi mortuo Joseph, incepit Populus Israeliticus servire, & affligi, ut deducitur ex capitulo 1. *Exodi* v. 6, ubi afferitur, mortuo Josepho, imperante novo Rege, iustum dixisse: *Venite sapienter opprimamus eum* (nempè Israelis Populum) ne forte multiplicetur: *O si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris,* &c. Demendi quoque sunt alij anni 22. quibus Josepho supervixit Levi, cu n ut eodem loco dicitur, vers. 6. haud incepit Populi servitus, nisi mortuis fratribus Josephi, adeoque, & Levi, qui

qui unus erat ex eis, *Gen. 29. v. 34.* demendi etiā sunt illi anni, quibus Caath supervixit Patri suo Levi; quoniam, ut habetur eodem capitulo 1. *Exod. v. 6.* persecutio coepit, iam mortua omni illa cognatione, que interfuit ingressi in Aegyptum, & ex qua proculdubio fuit Caath *Genes. cap. 46. v. 11.*

2 Quod si hunc, nempè Caath, genuit Levi, cum esset saltus 20. annorum, ut putat Bonfrerius, aut 21. ut mavult Tornielius, vel 35. ut docet Salianus, apud quem vivit Caath annis 133. sit iterum luculentius, plures annos esse demendos à summa illa 215. annorum morae in Aegypto, in quibus sane tertituti non fuere subjecti Israelitæ; præsertim cum Caath undecim esset annorum quando ingressus est Aegyptum, ut docet P. Salianus.

3 Porro nec statim post mortem Caath, & eorum, qui ingressi fuerunt Aegyptum, coepit servitus, sed aliquibus insuper transactis annis; Moyses enim expositurus servitutem Hebraeorum, eam sic exorditur *Exod. cap. 1. vers. 6.* *Quo mortuo* (Joseph scilicet) *& universis fratribus eius, omniisque cognatione illa, filij Israel creverunt,* & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleverum terram. Surrexit interea Rex novus super Aegyptum. Ubi non dicitur, statim à morte

illorum surrexisse Regem, sed interea dum illi multiplicabantur. Moysi præclarè consentit D. Stephanus *Acto* 7. v. 17. ibi: *Credit Populus, & multiplicatus est in Agypto quoad usque surrexit alius Rex in Agypto, qui non scribat Joseph.* Et quamvis cognationem illam, de qua Moyses, interpretatur *Illustri simus Tostatus, & cum eo Pererius, Torniellus, & Cornelius, filios fratrum Josephi immediatos;* tamen cognatio, ut adnotat P. Salianus anno Mundi 2437. num. 2. idem est hoc loco cum generatione, ut patet ex Hebreæ voce *Hador, & Græca Genea*, cui concinit Chaldaæ Paraphrasis, & æquè refertur ad Israelitas, & Agyptios, qui vixerant cum Josepho, eumque noverant, ideoque subdit Moses, *surrexisse novum Regem qui ignorabat Joseph.* Unde D. Augustinus lib. 18. de Civit. Dei, cap. 7. inquit, Israelitas tranqnillè vixisse in Agypto, donec morerentur, quibus Joseph notus fuerat.

4 Id inclarescit adhuc, quia vocem *Hador* D. Hieronymus in editione Vulgata pañim vertit *generationem*, & vix unquam cognationem, ut observat P. Salianus ad an. Mund. 2437. & *Dor*, ait Pagninus in *Thesauro*, est generatio, & à peregrinando nomen habet, significatque universè tempus, quo homo in hac vita peregrinatur, ut *Ecclesiastici*

1. cap.

I. cap. Generatio vadit, & generatio venit. Generatio igitur in hoc loco, sive cognatio significat homines illius ætatis, pro ut interpretatur Oleaster, Lipomanus, Pagninus, Cornel. quoque, & Tigurina, quæ Hebraicum *Hador* vertit *seculum*; ætate autem illa vivebant homines 130. annos. Nec id adeò rigorosè accipiendum est, ut nemo de cognatione, aut generatione illa Joseph, superstes fuerit tempore initij servitutis, ut rectè notat P. Salianus; nam quod de omni cognatione dicitur, potest intelligi de maxima patte, & ferè tota: sic *Gensis* 6. dicitur *omnis caro corruperat viam suam*, & tamen excipiens Noe vir justus, atque perfectus: & David inquit: *Non est qui faciat bonum*, & tamen excipiens ipse David, vir utique juxta cor Dei: aliqui ergò de generatione illa supervivere poterant initio servitutis Israelitarum.

8 Certum tamen est, servitutem non 215. annis durasse, licet incertum sit, quot in totum duraverit, P. Bonfrerius putat, durasse non suprà centū annos: Pererius 122. Torniellus 89. Hebrei in suo *Chronico*, *Seder Olam* 87. P. Salianus 93. sed nostra nihil interest, quænam harum sententiarum sit verior, quando juxta quamcumque earum necessum est, persecutionem posteriorum Abrahæ longè breviorem fuisse etiam 215. annis. Hæc omnia igitur

tur cum ita sint, & tota commoratio Abrahimi-
darum in Ægypto, nedum eorum servitus, &
ad iactio, haud fuerit 400. annorum, an propterea
textui illi Chronologico Genes. 25. v. 13. subest
falsum? Nihil minus.

SECTIO III.

*Textus expositionem tradit, nonnullaque objectio-
nes infringit.*

I Gitur dicendum cum D. August. q.
47. in Exodum, quem frequenter
laudent Interpretēs sacri, nūme-
rum illum 400. annorum refendum esse, non
ad solam commorationem Hebreorum in
Ægyptō, mul̄oque minus ad eorum duncta-
xat persecutionem, sed ad illas, insuperque ad
eorum peregrinationem, pro ut verba S.
Doctoris luculentius ostendent: Non itaque
(inquit S. Doct.) quod ait in servitutem redi-
gent eos, & nocebunt illis, ad 400. annos refe-
rendum est, tamquam per tot annos eos habue-
rint in servitute, sed referendi sunt 400. anni
ad id, quod dictum est, peregrinum erit semen
tuum in terra non propria; quia sive in terra
Chanaan, sive in Ægypto peregrinum erat illud
semen, antequam hereditate sumerent terram ex
promissione Dei; quod factū est postquā ex Ægypto

Textus expositionem, &c. Sect. 3. 235
liberati sunt, ut Hyperbaton hic intelligatur, &
ordo verborum sit: sciendo scias quia peregrinum
erit semen tuum in terra non propria 400. an-
nus; illud autem, & interpositum intelligatur, &
in servitutem redigent eos, & nocebunt illis, ita
ut ad 400. annos ista interpositio non pertineat; in
extrema enim parte annorum summa butus, hoc
est post mortem Iosephi, factum est, ut in Ægypto
populus Dei duram perageret servitutem. Hęc
D. August. quād optimè nostrum Textum elu-
cidans.

2 At dices ex Genebrardo, id exposi-
tionis haud congruere verbis à Mōse prola-
tis Exodi 12. ver. 14. ibi: *Habitatio autem filio-
num Israel: qua manserunt in Ægypto fuit 430.
annorum: Ubi quis nō videat, nomine filiorum
Israel non posse intelligi, nisi filios Israëlis, id
est posteros Jacob, nec Abraham, Isaac, &
Jacob sub hac locutione continet! Nam quis
unquam Avos, & Patres, filios Nepotum ap-
pellavit? Hęc Genebrardus, & non sine diffi-
cultate, quoniā Jacob est ipse Israël, sic ex Dei
iussu nucupatus Gen. 32. v. 27. Igitur cum ha-
bitatio filiorum Israëlis in Ægypto iuxta Mōsem
fuerit 430. annorum, computandi non venient
ad hanc summam anni, quibus Abraham, Isaac,
& Jacob extra Ægyptum in Chananide com-
morati sunt, sed 430. anni integri conceden-
di commorationi Israëlitarum, seu potius fi-
lio-*

Ilorum Israël in Aegypto. Patet, quoniam Abraham, & Isaac sunt Pater, & Avus Jacob, non filij ipsiusmet Israel, seu Jacob, ergo sub nomine filiorum suorum intelligendi non sunt ipse, nec Abraham, & Isaac.

3 Respondeatur, rem facile expeditri posse, diciendo filios Israël uno verbo dici, atque intelligi Hebreos, sicut Deus Hebreorum, & Deus Israël æquè absque discrimine usurpantur, quia maxima pars huius populi ex Israele propagata est, ut minimè mirū sit, nomine *Israelis* Hebreos aliquot Israele superiores intelligi, atque comprehendi, sic Aeneadas vocat Poeta Teucros omnes, ac Trojanos, licet plerique eorum fortasse vixerint ante Aeneam natum, & nomine Aegyptiorum intelliguntur etiam populi, qui ante Aegyptum Regem, Danai fratrem, eam Regionem incoluerent.

4 Ceterum ut ad elevandam portionem difficultatem cominùs accedamus, notandum ex peteruditio nostro Pererio *disp. 19.* in *præsens caput 12.* *Exodi*, orationem Mosis de illis 400. annis non esse propriam locutionem, sed figuratam, & *Synecdochiam*, quā pars ponitur pro toto. Est autem in verbis illis Mosis duplex Synecdoche; una est, cum memorat tantum posteros Jacob, seu *Israelis* filios, cum re vera memorandi essent tam illi, quam *Patres*

tres eorum Abraham, Isaac, & Jacob. Altera est Synecdoche in eo, quod nominat tantum habitationem in Aegypto, in quo præcipua elucet difficultas, cum memoranda esset non solum hæc, sed etiam habitatio trium Patriarcharum in Terra Chanaan.

5 Causa vero, cur Moses id figurata locutionis usurpavit, nominavitque tantum mansionem Hebreorum in Aegypto, fuit triplex: Primò enim totius illius habitationis 430. annorum initium, & finis fuit in Aegypto: de fine perspicuum est: de principio patet item *ex duodecimo capite lib. Genes.* ubi narratur, statim ut Abraham venit ex Mesopotamia in terram Chanaan, cogente fame, venisse in Aegyptum, ut peregrinaretur ibi, prout exprelse ait sacer textus.

6 Secundò illius habitationis 400. annorum major pars in Aegypto peracta fuit, siquidem in terra Chanaan in diversis temporibus manserunt illi tres Patriarchæ 195. annis: Jacob vero mansit in Mesopotamia annis 20. At continua Hebreorum mansio in Aegypto fuit 215. annorum, ut suprà astenum manet.

7 His tertio accedit, quod habitatio Hebreorum in Aegypto tribus rebus fuit valde insignita, & nobilitata; primò enim Joseph e tempore, summo cum imperio universam Aegyptum

tum per 80. annos gubernavit, eoque tempore magna in prosperitate fuerunt Hebrei. Deinde post mortem Joseph per insignis, & admiranda fuit multiplicatio Hebreorum, licet laboriosissima servitute afflarentur ab Aegyptijs. Denique liberationem eorum, & exitum ab Aegypto tot, & tanta tunc facta prodigia valde memorabilem, & admirabilem reddiderunt. Ob has itaque causas Moses solam Hebreorum in Aegypto mansionem memorare voluit.

8. Alio tamen ex capite elucidandum venit Mosis oraculum, praefato cap. 12. Exodi, hoc nimur adnotato, habitationem nemp̄ Israelitarum, quā manferunt in Aegypto fuisse 430. annorum, ut inibi a Mōse refertur, iuxta modum loquendi Hebreorum, non tam significare, eos tot ibi annos habitat-
re, quam eorum ibi habitationem durasse usque ad annum 430. ab egressione Abrāhim de Haran. Itaque eo loci ponitur numerus cardinalis pro ordinali, quod in scrip-
ta Hebraica, & etiam in Latina, & Græca, eatenus quidem sapientibus fontes hebraicos, frequens esse, docent Cajetanus in cit. capit. 12. Exodi, Cornelius ibidem, & Judicium cap. 3. vers. 11. & alibi sēp̄e, Sapientissimus Pater Ri-
bera, Majoris Archiepiscopi Toletani Salma-
tini Collegij quandam eximium ornamentum,

de Templi fabrica l. I. cap. 1. Turselinus, Epithome Historiarum cap. 4. quest. 6. Salianus tom. 3. ad annum Mundi 3023. Sherlogus tom. 1. in Cantica, Anteloquio 9. sect. 6. numer. 66.

9 Sic, ut magis opportuna exempla, quibus hi DD. utuntur, perstringam, *Judicum c. 3. v. 11.* dicitur, *quievitque terra 40. annis, & mortuus est Othoniel*. pro quadragesimo anno scilicet post mortem Josue, & Seniorum, expulso tandem dominatu Regis Syriae, & *Judith*, cap. ultimo. ver. 28. *mansit autem in domo viri sui annos centum quinque*, pro usque ad annum centesimum quintum etatis suæ, qui enim credi potest, eam post matrimonium mansisse in mariti domo annos 105? Et textus Hebraicus Levitici capit. 25. vers. 10. haber, *sancificabisque annum quinquaginta*, ubi Vulgata, *sancificabisque annum quinqua- gesimum*, & lib. 3. Regum cap. 13. vers. 33. anno tribus Asa, ubi Vulgata, anno tertio Asa: & iterum Genes. 11. in editione Septuaginta Interpretum, dicitur, *vixisse Thare in Charan ducentis quinque annis*, non quia ibi trasacti omnes, sed quia ibi terminati, ut notat D. August. q. 25. in *cumli- brum*, nec non P. Salianus anno Mundi 2543. num. 11.

10 Hæc omnia novam lucem acci-
piunt,

piunt quoniam 70. Interpretes cum textū Exodi 12. transferunt in hunc modum ; *Habitatione filiorum Israël, qua ipsi, & Patres eorum habitarerunt in Aegypto, & in terra Chanaan fuit 430. annorum.* Unde liquet , non percise in Aegypto filios Israel 400. annis habirasse , sed id habitationis fuisse etiam in Chanaan, nec filios Israel ita rigorosè acciendos , ut excludantur Patres eorum.

11 At oppones iterum locum *Judith cap. 5. vers. 9.* ubi in Latina, Vulgataque editione, hęc de Hebrais ad verbum dicuntur: *Gumque opperuerit omnem terram fames, descendenterunt in Aegyptum; illicque per 400. annos, sic multiplicati sunt, ut dinumerari eorum non posset exercitus.* Igitur postquam filii Israel desconderunt in Aegyptum, permanerunt ibi 400. annis , & propterea videntur ruere hucusque dicta. Respondeatur , verum esse, quod Achior Dux Amonitarum , ab Holoferne de populo Judaico interrogatus , inter alia, etiam dixit, *Judaeos olim descendisse in Aegyptum, & ibi per annos quadrigentos ita multiplicatos esse, ut dinumerari eorum non posset exercitus.* Quae verba prima fronte admodum nostrae sententiae adversari videntur ; verum si introspiciantur, eam nō modo non convellunt, sed potius maximè confundant. Sciendū itaq; est prius, quod licet illa verba , per annos 400.

in Septuaginta Interpretum editione non habentur , & prop̄terā suspiciari posset aliquis, ea olim in textu , & fonte Hebraico non extitisse , tamen cum in Vulgata editione eadem ipsa verba reperiantur , omnino retineri debet Vulgata lectio.

12 Dicimus ergo ex sententia Tornielli ad annum Mundi 2329. uumer. 17. quod ibi Achior timore Holofernisi, coram quo stabat, nonnihil perturbatus , concisè admodum, & indistincte, ac veluti per quosdam saltus , quemadmodum legenti perspicuum esse paret, repetit Hebraici populi originem , dicens , quod egressus de terra Chaldæorum habitavit primò in Melopotamia , idest , in Charan , & prætermisso inglesiū ejus in terram Chanaan , subiungit , eundem populum, facta fame, descendisse in Aegyptum: non explicans quānam illa fuerit fames, an ea, quae contigit vivente Abrahamo, an verò , quæ temporibus Jacob? Unde satis constat, ad pleniorē hujus historiae intelligentiam subaudienda esse alia, quæ brevitatis ergo ab ipso Achior prætermissa.

13 Videlicet quod de Haran venit Pater ejusdem populi Abraham in terram Chanaan , vbi prædictus Abrahæ Deus , quod filij , & posteri ejus propagandi per Isaac , & Jacob , peregrinaturi erant in terra non sua, idest , partim in ipsa terra Chanaan , partim

242 *Chronolog. dissert. secunda.*
in Mesopotamia, & denique etiam in Ægypto: quo, postea premente in Chanaan fame, descendit Jacob cum vniuersa familia sua, & tandem completis 400. annis prænuntiatae peregrinationis, inventus est populus ille usque adeo multiplicatus, ut ferè dinumerari non posset. Unde to illio, ab Achior prolatum, ad multiplicationem, & ad finem memorati temporis, in quo vix numerari Israelitæ poterant, non autem ad totos 400. annos referendum: & illud per idem importare censendum, ac si dictum fuisset intra: Solent enim hujuscemodi præpositiones in facris Scripturis varias interdum sortiri significationes, ut latè probat Joannes Driedo lib. 3. de Dogmatib. Ecclesiasticis trat. 2. cap. 1. Cum igitur iste locus non possit aliter intelligi, & in proximè memorato sensu acceptus, cæteris sacræ Paginæ Oraculis per omnia consentaneus fiat, retinenda merito est præfata expositio.

14. Urget tamen Genebrardus: secluso miraculo, non potuisse septuaginta illos homines, qui ingressi sunt Ægyptum tanto perè multiplicari, ducentorum duntaxat, & quindecim annorum intervallo, quod nos tantum adsentimur moræ in Ægypto, ut sexcenta tria millia quingenta quinquaginta bellatorum, quemadmodum traditur: *Exodi cap. 12. vers. 38.* & clarius *Numerorum cap. 1. vers. 46.*

se

Textus exposit. trad. O. sec. 3. 243
recenserit potuerint, excepta Tribu Levitica, & penè innumerabili mulierum, senum, & puerorum multitudine, quin, & Ægyptiorum omnis ætatis, sextis, & conditionis, qui ex longa cum ipsis consuetudine ad Judaismum conversi, Hebraeos ipsos, quocumque eos Deus perduceret, sequi maluerunt, quād cūm Idololatri in Patria permanere. Quæ simul computata multitudo, ut nonnulli satis probabiliè conjectantur, ad bis, vel etiam ter decies centena millia hominum accessisse videtur; quanquam dicta Ægyptiorum multitudo ab hac Hebreorum multiplicatione, de qua nunc agimus, proculdubio excienda sit.

15. Augeturque difficultas; qtioniam hæc Israelitarum multiplicatio, ut innuitur *Exodi 1. vers. 7.* accidit mortuo Joseph, & vniuersis fratribus ejus, omniq[ue] cognitione illa, nimirum quæ cum Jacob descendet in Ægyptum, accidit propterea anno circiter 110. incipiente ab intitu Israelitarum in Ægyptum, ex traditis à Torniello sub anno mundi 2437. O. 2438. à quo tempore usque ad exitum constat, centum sex annos duntaxat intercessisse.

16. Urgetur: Quia videtur dicta multiplicatio non parum impedita, atque imminuta paulò post Aaronis nativitatem, tunc enim creditur, exisse Pharaonis edictum de

Q 2

mas-

masculis Hebraeorum, statim, ac nascebantur, in flumen projiciendis, adnotante Torniello sub anno 2467. num. 1. Unde si de prædicta summa annorum centum sex, detraxerimus ad minus octoginta, ab ortu scilicet Moysis (certum namque est, quod jam tunc vulgatum fuerat, observarique cooperat memoratum edictum) ad exitum Israelis de Ægypto cursos: cogemus dicere, dictam populi multiplicationem, magna saltem ex parte, intra 26. annos esse factam, quod videtur omnino incredibile.

17 Respondeatur: in primis non est absurdum opinari, Israelitas singulari quodam Dei favore usque adeò fuisse multiplicatos, tunc præsertim, quando (ut dicitur, *Exodi cap. 1. vers. 12.*) magis ab Ægyptiis opprimebantur: idque inter alia factum fuisse, ad præsignandam spiritualem Saræ Ecclesiæ mox propagationem, quam scimus postea, tyrannorum præcipue temporibus, evenisse, ut post tunc vberiori Martyrum sanguine irrigatam, ac fecundatam.

18 Insuper necessarium est fateri, observantiam impij illius decreti brevi admodum tempore viguisse, quod edocet Torniellus sub anno mundi 2468. num. 2. certum namque est, post Moysen natum esse in Ægypto Jo-sue, & Caleb, aliosque plurimos, quos nequa-

quam

Emerg. alia diffi. diluitnr. Oe. sect. 4. 245
quàm in flumen mersos fuisse, dubitare nemo potest. Denique asserimus, quòd licet ingentior Israelitarum multiplicatio contigerit præsertim, quando magis ab Ægyptiis opprimebantur, vt dicitur *Exodi 1. vers. 12.* Et hoc quidem mortuo Joseph, & fratribus ejus, omniq[ue] cognitione illa evenerit, tamen id non tollit, quòd præcedentibus annis, & ab initio ingressus in Ægyptum coeperint multiplicari; quapropter 215. annorum spatio, quam optimè potuit augeri numerus Israelitarum juxta ea, quaæ dicta manent.

SECTIO IV.

*Emergens alia diffi. ultas diluitur, Oe. Vulga-
ta lectio Actorum 7. vers. 6.
propugnatur.*

1 **E**X tradita igitur solutione quædam descendit objectio, haud despiciatur ducenda: Anni si quidem illi, quos tuemur *Genes. 15. recte dici 400.* asseruntur ab Apostolo *ad Gallath. 3. vers. 13.* quadringenti, & triginta, id ipsumque enuntiatur *Exodi 12. vers. 40.* vt supra à nobis animadversum est: Igitur si non in locum Geneseos, saltem in alios Exodi, & Pauli irrepsisse mendum videtur; ergo & nos incidimus in

Scyllam, cupientes vitare Charybdim.

2 Respondetur, quod quadringenti illi anni, de quibus *Genes. 15.* numerandi sunt ab ortu Isaac, ut docent D. Aug. *quast. 47. in Exodum*, & reliqui communiter, nec mirum, cum prædictio, de qua ibi, sit non tam de persona Abrahami, quam de solis ejus posteris, Sacri enim eloquij verba sunt ista: *Scito prenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, &c.* Cum igitur posterorum Abrahami primus fuerit Isaac, ab ipsius ortu quadringentorum annorum ratio est incipienda,

3 Contra vero 430. anni, de quibus Apost. *ad Gal. 3.* ex communī etiam PD. sententia numerandi à promissione facta Abraham, scilicet, iussus est, *Genes. 12.* exire de Mesopotamia in terram Chanaan, de hac quippe promissione loquitur Apostolus: nec id quoque mirandum, cum ibi prædicta sint, que non tantum ad posteros, sed etiam ad personam ejus pertinebant: *Egressere de terra tua dixit Dominus ad Abram.* O de cognatione faciamque te in gentem magnam: Sic autem prefati anni 430. non minus subsistunt, quam 400. nec minus hi, quam illi, Scripturaque sibi vtrōbique non est contraria.

4 Hoc autem prenotato, colligitur, *Aetorum 7. vers. 6.* vbi hæc habentur: *Lorinus*

est autem ei Deus, quia erit semen ejus accola in terrā alienā, & servituti eos subjicient, & male tractabunt eos annis 400. haud recte statim addi 30. in aliquibus codicibus, & ab aliquibus Expositoribus, inter quos sunt S. Tho. Rabanus, Cayetanus *in Epist. ad Galat. cap. 3.* Glossa in *Aet. 7.* & Gagnæus; Non recte, inquam, tum quia plusquam ijs omnibus deferrendum est editioni Vulgatae iussu Sixti V. & Clementis Octavi correctæ, & non addito *Tringinta.*

5 Tum quia, ut P. Lorinus in citatum locum *Aetorum 7.* notat, *Genesios 15. vers. 13.* habetur annis 400. sine 30. in vlo codice Hebreo, Chaldaico, Græco, aut Latino: Cum ergo Stephanus *Aetorum 7.* ad citatum locum Genesios proculdubio respiciat, eumque citet, cur obsecro ejus verbis addatur, quod non habetur in Genesi, vbi ea allegat?

6 Quod vrgeri etiam potest ex *cap. 5.* *Judith, vers. 9.* vbi non 430. sed 400. habentur. Tum denique, quoniā esto in citato textu *Aet. 7.* legamus cum Vulgata novissimè emendata, annis 400. tamen hi non minus facile conciliari possint, quam 400. de quibus *Genes. 15.* & 430. de quibus Paulus *ad Galat.* & Moyses *Exodi 12.* Igitur frustrè additur to *Tringinta* in dicto *cap. 7. Aetorum.*

7 Sed opponat quispiam, temporis

rationem examissim subductam adhuc non regi; quoniam à promissione facta Abrahæ usque ad Legem Moysis, & Populi liberationem transacti sunt juxta Apostolum anni 430. Tum sic: à promissione usque ad ortum Isaac interjecti sunt anni 25. Promissio quippe facta fuit Abrahæ, cum esset annorum 75. Genes. 12. vers. 4. Cum verò natus fuit Isaac, erat jam Pater ipsius 100. annorum, Genes. 21. vers. 5. Et 6. Ab anno autem 75. vite Abrahæ usque ad 100. ejusdem vénient numerandi anni 25.

8 Ex quo necessum est profecto, ut ab ortu Isaac usque ad tempus illud Legis, & egressionis ex Aegypto excurrerint quadringenti quinque anni; totidem namque ex 430. subrament, si ex his auferantur 25. Complexione igitur optima sit, haud esse verum, quod respondimus, nempe 400. annos, de quibus Genes. cap. 15. Et Actorum 7. tot esse, quia numerandi sunt ab ortu Isaac; si enim ex inde numerandi sunt, potius sunt 405. & propterea non videatur stare congrua temporis ratio.

9 Respondeo, ab ortu quidem Isaac usque ad Legem, & egressionem Israëitarum ex Aegypto præterisse utique 405. annos; sed enim in Genesi, loco citato, omittuntur ex ea summa quinque anni, quoniam juxta suppurationem Tornielli 400. anni numerandi sunt non ab ortu Isaac, sed ab ablactatione ejus, seu

(quod

Quod ferè in idem recedit) ab ejectione Ismaelis ex domo Abrahæ, quippe in qua tunc Isaac, quinque duntaxat annos natus, solus manxit, velut hæres vnicus promissionum, quæ factæ sunt Abrahæ.

10 Respondetur 2. esse moris Sacrae Scripturæ, numeros minutos, & cum revera adsint omittere, & cum desint, supplere, pro eo, ac docent D. August. lib. 2. quæst. in Exodus, quæst. 27. Et de Civit. Dei. L. 16. cap. 24. Et L. 7. locutionem in Leviticum, Et L. 1. locutionem in Genes. ad finem, Epiphanius lib. 3. contra heres. cap. vlt. Et in Ancorato propè finem, Eucherius L. 3. in Géxes. cap. 14. Et L. 1. cap. 37. P. Sherlogus tom. I. in Cant. antelog. 9. sec. 6. P. Maldonatus in Luce cap. 10. Justinus in cap. 3. ad Galath. & passim alij Interpretæ in citatum cap. 15. Genesios.

11 Quinimò extra Sacram Scripturam, id moris invaluisse constat; quippe à doctis viris communiter dicitur juxta interpretationem septuaginta, cum tamen nemo, nisi indoctus, ignoret, Interpretæ illos fuisse septuaginta duos. Ceterum exemplo ex ipsis Sacris Scripturis sic numerus Discipulorum Christi Domini, quos septuaginta fuisse, Græci plerique codices, & Syriaci asserunt, necnon veteres Auctores, maximèque Graci, cum eos numerant, aut quoquo modo de illis mentio-

nem

nem faciunt, non nisi 70. solent ponere, ut Irenæus, Clemens, Ambrosius, Hieronymus, Damascenus, & Concilium Neocœsariense, canonice 13. Et sunt, qui id quoque ratione confirmant, dicentes numerum hunc 70. sicut, & duodecim, Judæis in honore, & veneratione fuisse, hunc videlicet propter duodecim Patriarchas; illum vero propter 70. animas, quæ cum Jacob ingressæ sunt Ægyptum, unde totus deinde Judeorum populus propagatus est, Genes. 46. v. 27. Mosem etiā non septuaginta duos, sed 70. Seniores tantum consilio Hiçthro, Soceri sui, elegisse, qui Judices infra se essent, Exodi 18. v. 21. & 24. Demūm in Elim, ubi populus ex Ægypto fugiens, castrametatus est, duodecim fuisse fontes, quibus 12. Apostoli, septuaginta vero palmas, quibus 70. illi discipuli significarentur, Exodi 15. 27.

12 Nihilominus Luca cap. 10. dicitur Designavit Dominus, & alios septuaginta duos, & Latini omnes, & Græci multi codices septuaginta duos legunt, idque absque contradictione aliquà, ex præfata regula, ob quam noster Maldonatus existimat, Mosem quoque septuaginta duos viros elegisse, sex nimis ex singulis tribubus; Et septuaginta duas fuisse palmas circa fontes duodecim adnatas. Quamvis minuti hi numeri aliquando in Scripturis, & Patribus reticeantur. Sed jam de hujus difficultatis enodatione dicta sufficiat.

SA.

SACRA CHRONOLOGICA

DISSERTATIO III.

CIRCA ANNVM FUNDATI SALOMONI
nici Templi, ad Divini eloquij intelligentiam lib.

3. Regum capit. 6.
vers. 1.

ILLVSTRANTVRQVE ALIA PLURA EX
lib. Iudicium Loca, quæ attinent ad veram anno-
rum summam à discessione Abramimidarum ex
Ægypto ad prima Templi Salomonis iacta
fundamenta, & ad Iudicum bisce-
riam pernocten-
dam.

SECTIO I.
Dubitandi rationem proponit.

NNVS fundati Salo-
minici Templi inter-
cos, qui in Sacra Scrip-
tura notantur, in pau-
cis clarissimus, atque
celeberrimus cœetur;
quoniam omnes annos
ab ortu Hebraicæ Reip. usque ad eius ever-
fio-

252 Chrolog. dissert. 3.

sionem ab Asyriis, Chaldaicisque factam, non solum terminat, sed etiam regit, propterea ad hunc annum elucidandum, quantum Deus concesserit, hec nostra versabitur lucubratio.

2 Igitur lib. 3. Reg. cap. 6. vers. 1. sic habetur. Factum est ergo quadringentissimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus Regni Salomonis super Israel) adiuvari coepit Domus Domini. Ex quo Sacro Textu conficitur, periodum ab Hebreorum discessione ab Aegypto usque ad iacta Templo fundamenta omnino esse annorum quadringentorum octoginta.

3 Quod tamen difficile redditur ex sequenti supputandi ratione, à Libro Judicum de prompta, presupposito in primis quod Moyses octoginta annorum erat, quando loquutus est ad Pharaonem ut dimitteret Populum, Exodi cap. 7. vers. 7. ibi: Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. Mortuus vero est Moses cum ageret annos centum viginti, Deuteronomij cap. ultimo vers. 7. Itaque ab anno egressionis filiorum Israel usque ad mortem Moysis anni numerantur quadraginta, pro ut etiam liquet Exodi cap. 16. vers. 2. & 35. simul compositis, quoniam quartodecimo die mensis secundi postquam Hebrei egressi sunt de terra

tetra Aegypti, cum de Elim venere in desertum Sin, murmuravit omnis eorum congregatio contra Moysem, & Aaron, & pluit illis Dominus Man, seu panes de Cælo; & haec Divina miseratione illis concessa fuit annis quadraginta, ut dicitur vers. 35. eiusdem capit. videlicet donec venirent in terram habitabilem, seu usque quo tangerent fines terræ Chanaan, quo scilicet tempore mortuus fuit Moyses, ut dicitur cap. ultimo Deuteronomij.

4 Postea à Josue, Moysis successore, usque ad Othonielem, primum Israelitici populi Judicem, juxta communem sententiam, elapsi sunt anni. 17.

5 Othoniel (ut patet Judicum cap. 3. vers. 11.) rexit Populum annis. 40.

Interregnum, quod accidit, quando Israelitæ servierunt Eglon, Regi Moabitarum, Judicum cap. 3. vers. 14. fuit annorum. 18.

Deinde Aod, computato uno circiter anno Ducatus Samgar, ut habetur in calce citati capit. 1, judicavit Israel annos octoginta. 80.

Tempus, quo servierunt Jubin, Regi Chanaan (Judicum capit. 4. vers. 3.) fuit annorum. 20.

Praefectura Debboræ, & Barac (Judicum. cap. 5. vers. 32.) perseveravit annis. 40.

(1) Vervitus sub Chusam (Jud. C. 3. v. 8) Sex. 8.

254 *Cronolog. differt. tertia.*

7	Servitus sub dominio Madianitarum (<i>Judicium cap. 6. vers. 1.</i>) fuit annorum.	7.
8	Ducatus Gedeonis (<i>Judicium cap. 8. vers. 28.</i>) annorum.	40.
	Abimelechi (<i>Judicium cap. 9. vers. 22.</i>) annorum.	3.
	Tholæ (<i>Judicium cap. 10. vers. 2.</i>) annorum.	23.
	Jair (<i>ibidem, vers. 3.</i>) annorum.	22.
	Interregnum sub servitute Philistinorum, & Ammonitarum (<i>Judicium cap. 10. vers. 8.</i>) fuit annorum.	18.
7.	Principatus Jephthe (<i>Judicium cap. 12. vers. 7.</i>) annorum.	6.
	Abesan (<i>ibidem vers. 9.</i>) annorum.	7.
	Ahalon (<i>ibidem vers. 11.</i>) annorum.	10.
	Abdon (<i>ibidem vers. 14.</i>) annorum.	8.
	Aliud interregnum sub Philistais (<i>Judicium cap. 13. vers. 1.</i>) annorum.	40.
	Præfectura Samsonis (<i>Judicium cap. 15. fine</i>) annorum.	20.
	Heli (<i>1. Regum cap. 4. vers. 18.</i>) annorum.	40.
21.	Samuelis, & Saulis (<i>Actorum cap. 13. vers. 21.</i>) annorum.	40.
	Præterea connumerandi venuint Davidis Regni (<i>2. Reg. 5. vers. 4. &c. 5. Paralipomeno</i>	

Dubitandi rationem, &c. Sect. i.

*menon cap. 3. vers. 4.) anni.**Salomonis (3. Regum cap. 6. vers. 1.) anni. — 4.*

40.

591.

23 Quo scilicet 4. anno Salomonis, Templi ædificatio cæpta fuit: summa verò subducitur annorum 591. ab egressu Israelitarum ex Ægypto ad usque iacta templi fundamenta; quæ profecto summa excedit numerum annorum, intra eosdem terminos confignatum in in nostro textu, penè annos centum, & vñdecim.

24 Ergò ne utraque supputandi ratio probanda est? Nequaquam; cum enim tantum inter eas intersit, ut differentia sit centum vñdecim annorum, necesse videtur, alteram ipsarum non esse rite collectam. Quænam igitur ea est? Hoc opus, hic labor, præsterim cum plures alij ennumerandi rationes inventiantur, & omnia divina eloquia sarta testa habere, Vulgatamque editionem pro pugnare, operæ pretium sit.



SECTIO II.

Sententias refert.

1 **Q**uoniam elaborationis nostræ scopus est, præfixæ difficultatis punctum adamus sim disquirere, & enodare, sententias omnes circa præsens dubium proponere, haud incongruum erit; non enim facile in unum collectas reperire licet: igitur, à minoribus numeris inchoando, ita se habent apud P. Serarium, *Commentario in lib. 3. Reg. cap. 6.* Prima, in Glyca p. 2. (ait) periodum illam ab egressione Israelitarum ad Salomonici Templi cœptam ædificationem, esse annorū 330. Secunda in Septuaginta Interpretibus, prout eos non tantum Germani ediderunt, sed Roniani etiam correxerunt, & citat Sulpitius, eosque in *Actorum cap. 7.* ubi de Salomone, sequitur OEcumenius (licet eum ipsius Interpres memoria lapsum in margine annotet) docet esse annorum. 440.

2 Tertia prout in nostro vnlgato tex-
tu, necnon Hebræo, & Chaldaeo, & plerisque
Græcis. 480.

Quarta Ammonij lib. 4. de gestis Francorum
cap. 54. à Moyse, inquit, usque ad Salomonem an-
ni sunt. 489.
Quin.

Sententias refert. Sect. 2.

257

- | | |
|--|------|
| Quinta Venerab. Bedæ retractationum in
<i>Acta Apostol. cap. 13.</i> | 490. |
| Sexta Josephi lib. 8. c. 5. in Rufini versione. | 502. |
| Septima apud Sulpitium, prout à Sidonio
corrigitur. | 510. |
| Octava Tyriorum apud S. Theophilum lib. | |
| 3. —————— | 560. |
| Nona Mag. Cani lib. 11. cap. 5. ad 12. | 574. |
| Decima Sulpitij in text. vbi, se minus potius
quam plus numerare, ait. | 588. |
| Vndecima Iosephi in Græco textu in Gisl.
versione. | 592. |
| Duodecima Sancti Theoph. dicto lib. 3. - 602. | |
| Decimatertia Iosephi lib. 8. cap. ultimo, apud
Illustrissimum Abulensem lib. 3. Reg. cap. 6.
quest. 4. | 612. |
| Decimaquarta Sancti Nicephori Constanti-
nop. cap. 4. | 634. |
| Decimaquinta Cedrenij. | 672. |
| Decimasexta Philastrij 3. p. thesi 54. | 713. |
| Decimasexta Quorundam aliorum apud
eundem Nicephorum. | 757. |
| 4 Has inquam sententias præcipito
loco concessit P. Serarius. Coeterum alias ad-
huc invenire erit, quas, & præfatas omnes, cla-
ritatis ergo, ad tria præcipua placita revocare
possumus. | |
| 5 Primum eorum, qui censent tex-
tum in dicto lib. 3. Regum cap. 6. vers. 1. vitia- | |
| R | tum |

258 Chronolog. differt. tercia
tum esse initia, aut incuria librariorū pro vē-
rō , & canonico numero falso sum alium ponen-
tium , idque non in uno , aut alio exempla-
ri , sed in omnibus Grēcis Latinis, & Hebræis,
& propterea emendandum esse, ita ut quadri-
gentis octoginta annis plures addendi veniāt,
cujus sententiæ argumenta tradit, valdeque in
eam propendet Mag. Melchior Canis dicto
lib. 11. de Locis Theol. cap. 5. in solutione 12;
Argumenti, pagina, mibi 352. & planè ita do-
cet P. Nicolaus Serarius *Comment. in lib. 3. Re-*
gum cap. 6. positione 1.

6 Secundūm placitum est aientiū, an-
nos plures ab eo quo Israhel excessit de Aegy-
pto ad Templi initia fluxisse, quā assignatos
in nostro textu 3. *Reg. c. 6.* sed Ducum, Judicum,
& Regum non fluxisse nisi quadringentos oc-
toginta , quot scilicet in textu nostro compu-
tantur: sic tenet Magister Carus loco præcita-
to, inquiens illud intervallum revera fuisse an-
norum quingentorum nonaginta.

7 Tertium placitum est P. Petavij
tom. 2. de doctrina temporum lib. 9. cap. 33. ubi
hæc habet: mea itaque sententia hęc est, non
quadringentos octoginta annos præcisę ab eo
tempore , quo ex Aegypto per Rubrum mare
transmissi sunt Israelitæ ad annum quartum Sal-
omonis elapsos esse , sed plures aliquantò, ne-
que tamen numerum illum *lib. 3. Reg. omnino*
de-

Sententias refert, Oc. Sect. 2. 259
depravatum , nec in eo denique solos Judi-
cum annos putari , relictis interregnis. Sic
ille.

8 Quam sententiam sequentibus as-
sertionibus ipse declarat. Afferit ergo primò:
ex sex servitū intervallis in *Judicum lib. contentis*,
quatuor priora duntaxat interregna
ea verborum complexione in *Sacro Textu scribi* , ut necessariò extra Judicum annos
numeranda , ac separanda veniant : reliqua
vero duo nihil vetare cum prioribus , aut
posterioribus Judicum spatijs confun-
dere.

9 Afferit secundò intervallum , ab
Exodo ad Templi conditum , annis definien-
dum quingentis viginti , ita ut ad sum-
mam illam , quæ 3. *Regum* expressa vide-
tur quadriginta tantum adiungantur an-
ni.

10 Afferit tertio , cum ab exitu Is-
raelitarum ex Aegypto quadringenti octo-
ginta anni in Sacra Pagina computantur,
exitum ex Aegypto tempus illud interpretan-
dum , quo Israelitæ traiecto Jordane Ca-
nanæ possessionum adierunt; tunc enim per-
fectè ex Aegypto migrasse , & ex re desississe
putandi sunt , & ad itineris metas terminum-
que pervenerunt.

11 Id interpretationis illustratur ex
R. 2 Sa-

Sacris Litteris præcipue ex Deuteronomio capit. 4. vers. 45. & 46. maximè ex verbis illis : *Filij quoque Israel egressi ex Aegypto possiderunt terram eius.* Tum ex Psalm. 113. incipiente , *In exitu Israel de Aegypto*, in quo cum alia facta dicuntur , tum Jordanem retrorsum esse conversum, aliaque quæ anno demum 40. contigerunt : ergo exitus , & exodos non præfacte semper migrationis , ac transitus per mare rubrum tempus significant, sed etiam annum ab eo quadragesimum, quo Israelitæ Canaanam , & longissimi erroris metas attingerunt. Ita noster Petavius.

SECTIO III.

Quædam adnotanda præmitit.

IUT stabiendiæ infrà sententiæ lux major affulgeat , adnotandum primò, quod primus Israeliticæ Reip. status in Palæstina sub judicibus, id est gubernatoribus, sive Ducibus, aut Principibus supremis denique Magistratibus fuit, licet neque Gubernatores, neque Duces, neque Principes ordinariè dicti sint , sed Judices à juris dicendi , & præsidendi in Populo potestate, non autem ex strictiori illa condemnandi , & absolu-

Quædam adnotanda, &c. Sect. 3. 261
absolvendi ex legibus homines authoritate; si quidem vt notavit Carolus Siginus de Republ. Hebraeorum lib. 1. cap. 5. & lib. 7. cap. 2, hi Judices Judiciorum Consiliorum, & Bellorum Principatum tenuerunt. Ex quo etiam patet hoc nomen Moysi , & Josuè tribui potuisse ; verum ille titulo Legislatoris illustrior est, iste inducto in Cananitidem Populo gloriösior.

2 Judex igitur, Hebraica præsertim linguae proprietate, vindicem , cultorem , & ad eos qui oppressi sunt à potentiorum iniuria liberandos causæ cognitorem , disceptatorēque significat, & hæc significatio potissimum sacris illis Israelitici Populi Judicibus convenit. Hoc enim *Judicum cap. 2. vers. 16.* Scriptura demonstrat, vbi identidem , peccante Populo, ac resipiscente, suscitasse Dominus dicitur Judices , qui liberarent eos de vastantium manibus. Ideò *lib. 2. Esdra cap. 9. vers. 27.* Salvatores appellantur, ibi: *& in tempore tribulationis sua clamaverit ad te, & tu de Cœlo audisti, & secundum miserationes tuas multas dedisti eis* Salvatores , qui salvarent eos de manu hostium suorum.

3 Et 3. *Judicum vers. 14.* Aod salvatur dicitur , nihilominus ad hoc ipsum munus ad quod divinitus Judices excitabantur, accedebant & alia ejusdem ambitu vocabuli

prhensa, nempe jurisdictio quædam, & potes-tas, sive commissa divinitus, sive potius Popu-li consensu, ac voluntate tradita, cum Eximios illos, ac benè de se meritos Heroas præmio summè dignitatis, & amplitudinis afficerent.

4 Cæterum regia potestate, & diffi-nitione illos non fuisse præditos, tenet com-munis sententia, quam illustrat P. Salianus tom. 2. anno Mundi 2601. Othoniclis 1. num. 4. & sequentib. Regia siquidem potestas super Isra-eliticum Populum, tunc temporis penè Deum ipsum extitit, qui illius Populi Rex esse vole-bat, vt evincitur ex Lib. 1. Reg. cap. 12. vers. 12, vbi Samuel alloquens Israelitas ait: cum Naas Rex filiorum Ammon venisset ad versum vos, di-xisti mihi: nequaquam, sed Rex imperabit no-bis, cum Dominus Deus vester regnaverit in vobis. Et eodem lib. 1. cap. 8. vers. 7. dixit Dominus ad Samuelem, audi vocem Populi in omnibus, qua loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnum super eos. Et ex eo tempore à Samuele, iussu Dei, inunctus fuit in Regem Saul. Ex quo sequitur laxius nomen Regis à Ph'one, aut Monarchæ à Josepho usurpari, cum ille Moysen vocat Regem, hic Monarchs Rem Judaicæ administrasse, ait, ante Reges.

5 Secundò adnotandum, hos Israeli-tici Populi Judices, de quibus nos loquimur, valde dissidere ab illis, quos, ex consilio Soce-

ri sui Jetro, Moyses constituit, vt habetur Exo-dic. cap. 1. vers. 18. & Deuteronomij c. 5. vers. 9. & sequentib. illos quippè elegit Moyses, quoniam negotia, pondus, ac iurgia Populi solus sust nere non val. bat: vndè maiora negotia ip̄i non decidebant, sed referebant ad Moy-sem, minoraque tantum iudicabant, Exod. ca-pit. 18. vers. 22. pluresque constituebātur simul videlicet Tribuni, Centuriones, Quinquagenarij, ac Decani, vt ex citatis locis in clarescit. Ju-dices verò ex quorum numero fuit Moyses ipse, vt supra libavimus, superiorē longè obti-nebant dignitatem ac potestatē. De discrimi-ne autē horum inferiorū Judicium ab alijs, qui constituebant Consilium Synedrium, viden-dus P. Salianus anno Mundi 2544. n. 744.

6 Tertiò adnotandum, Templum aliud apud Israelitas Salomonico antiquius ex-titisse, vt probatur ex 1. Reg. cap. 1. vbi dicitur, summum Sacerdotem Heli sedisse ante postes Templi Domini: surrexit autem Anna (inquit Sacer textus) postquam comedera, & biberat in Silo, & Heli Sacerdote sedente super sellam ante postes Templi Domini. Porro id ante tem-pora Salomonis contigisse exploratum est; Anna quippè Elcana vxor, mater fuit Samuelis, qui Populum iudicavit usque ad Regnum Sau-lis, cui successit in Regno David, & huic Salomon.

7 Et ne p̄fatis Chronologicæ insciūs quispiam crederet, Apnam Samuelis Mātrem, Salomonis Templum adijsse, opportunè in Comment. perdicti capit. 1. lib. 1. Reg. deceptionem præcavet P. Mendoza: non intelligas, ait, Templum Salomonis, quod multo post Hyerosolimis ædificatum, sed Tabernaculum Moysis, quod in Vrbe Silo constitutum erat. Nec quia Tabernaculum nuncupatur à proprietate Templi desciscere existimandum; amplitudo enim, vsus, illiusque construc-
tio propriè Templum fuisse ostendunt. Tres nāque erant Tabernaculi partes, Prima atrium extetius 100. cubitis longū, 50. latū, Secunda in medio atrij, quę erat Tabernaculum, longum 30. cubitos, latum 10. & interjecto velo in duas partes divisum, quarum vna Sancta, alia Sancta Sanctorum dicebatur, quę tam secundum longitudinem, quam secundum latitudinem denos eubitos habebat, quia typus erat Cælestis Civitatis, quæ in quadro posita erat. Et hæc 3. Tabernaculi pars Sacrificijs erat dicata; quamobrem Moysis Tabernaculum non semel in Sacra Pagina Templum nuncupatur, nimis rūm lib. 1. Reg. cap. 1. num. 29. Et Exodi cap. 30. num. 13.

8 Et vice versa Templum Salomonis dicitur Tabernaculum Psal. 131. vers. 1. ibi; *Donec inveniam locum Domino, Tabernaculum*

Deo Jacob. Quod intelligitur de Templo, quod David extruere cupiebat, materiamque illius præparavit, perfecit verò illud Salomon. Tum Jeremiæ 10. num. 20. dicitur Tabernaculum meum vastatum est. Ex quibus locis istam Tabernaculi, ac Templi Synonimiam prænota-
runt Venerab. Beda in L. 1. Reg. capit. 1. num. 7. D. Chrysost. in Psalm. 14. P. Mendoza Lib. 1. Regum cap. 1. in Comment. num. 7.

9 Hoc tamen discrimen inter utrumque intercedebat, quod Salomonis Templum stabile, & solo fixum, Moysis verò Sanctuarium veluti mobile Templum tranferrebat à loco in locum; cum enim Hebraicus Populus non esset in eodem loco, in quo accipiebat Legem, perpetuò permanfuris, sed per varias stationes, atque diurnas ad terram Cananœorum perventurus, voluit Deus, sibi à Populo confici Sanctuarium, quod instar esset Templi cuiusdam mobilis, in quo ipse habitaret, quod vna cum toto populo loco moveri, ac circumferri posset. Verum tam volubile adeò non fuit, Tabernaculum istud ut postquam in deserto tribus annis, & sex in Galgalis stetisset, in Siluntina domo ad trecentos quinquaginta circiter annos non permanserit, ut ex D. Hieronym. tradit P. Salianus ad Annum 1590. nu-
mer. 9. Genebrardusque ad annos 3690.

10 Nec solùm in Istrælitico Populo,

verum etiam extra illum, & inter Gentes innegabile videtur, templum aliquod Salomonico antiquius, & vero Numini dicatum extitisse; quoniam Job, & Melchisedech, qui veri Sacerdotij munere fungebantur extra Iudeam, & multo ante Salomonem vitam egerunt, ut nemini dubium est debet. Id vero ipsius Jobi verba suadent: quando splendebat (ait cap. 29.) *Lucerna eius super caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris, sicut fuit in diebus adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in Tempore bernaculo meo.* Quæ à Jacobo Bolduc.

Nieremberg lib. 8. de Origine Sacra Scriptura cap. 27. intelliguntur de Templo Divinis laudibus, & sacrificijs dicato.

11 Quinimò ipsius Adami tempore templum constitutum fuisse subducit P. Nierembergius dicto lib. 8. cap. 67. ex Caini ad Abelem fratrem verbis Genes. capit. 4, ibi: *Egrediamur foras, subditque Sacer textus, cumque essent in agro:* quæ non leviter indicant, in aliquo loco peculiari fuisse, in quo Cain, & Abel sacrificaverant, & Deus signum aliquod dederat, quando, vt in eodem textu dicitur, *respexit Deus ad Abel, & ad munera ejus, ad Cain autem, & ad munera ejus non respixit.*

12 Prenotandum 4. Salomonis templum bis ædificatum fuisse: Primum ab ipso Salomone, vt in præcipue nostro textu habe-

tur: Secundò à Zorobabele, & alijs Iudeis, finita Babilonica captivitate, in Iudeam reversis, vt habetur Esdræ lib. 1. cap. 1. & 6. Igitur non loquimur de tempore, & anno, quo reædificatum fuit Hyerosolomitanum templum, imperantibus Persarum Regibus, Cyro, ac Dario, extinctisque jam Israelitici, & Judaici Populi Regibus: sed sermo nobis est de prima templi ædificatione à Salomone confecta.

SECTIO IV.

Communis sententia, Vulgato textui conformis, proponitur, & fulcitur.

1 A Sero igitur primò: Scriptorem Sacrum, nostrumque textum verissimè, & absque ylo errore Chronologico, at signasse quadrigentos octoginta illos annos ab Israelitarum discessione ex Ægypto usque ad quartum annum Regni Salomonis, in quo templum ædificari cœptum est; ita vt nec supplendi, nec addendi sint anni plures, nec vitium aliquod, vel ex Librarium incuria irreperitur in Sacrum textum: proindè dicendum quoque, annos servitutum, & interregnorum includi in annis Judicum precedentium, aut sequentium, & sic cum his non posse facere numerum maiorem.

Hæc

² Hæc est communissima sententia, & in Sacro textu expressa. Itaque intelligentes esse annos libri *Judicum*, docent Hebræi in maiori Chronologia cap. 12. & Recentiores quorum verba refert Andreas Masius *in caput ultimum Jofuae in vers. 31.* tradunt quoque Petrus Comestor in *Historia Scholastica lib. Judicium cap. 5.* Eusebius in *Chronic.* Liranus, & Dionyssius Carthusianus *Judicium cap. 3. & 3. Regum cap. 6.* Hugo Cardinalis *Judicium 3.* Illustrissimus Abulensis, *ibidem quæst. 12.* Montanus in *Danielem sive de Temporibus Genebrardus lib. 2. sua chronographiæ pag. 38.* Tornielius *4. Mundi atate, anno Mundi 2591. num. 17. & sequentibus P. Ribera tract. de Temp. Salomonis lib. 1. cap. 1.* Salianus *anno Mundi, 3023. numer. 1. & sequentibus*, qui laudat pro hac nostra sententia D. Hieronymus, & Bedam *lib. de sex atatibus.* Tum D. Augustinum, cum Paulo Orosio, & D. Isidoro, adnotante etiam Contio in *Chronicō Nizephori.*

³ Adsentuntur P. Tirinus in *Chronic.* cap. 23. dicens esse certam sententiam, Gordonus ad *annum expansum 2581.* & in *questionib. cap. 9. numer. 7. ad periodum 4.* Scaliger anno 613. agens de annis quibus Israelites Philistinorum oppressionibus subjecti fuerint. Nancianus in *lib. Arcanorum Christi*, vbi agit de 4. Mundi atate, dicens hoc nostrum assertum

com-

comprobari consensu ferè omnium, ne dum Scripturam Sacram exponentium, verū etiam Philonis, Eusebij, Bedæ, Isidori, & aliorum, tempora ex Sacris libris computantium, Joannes Lucidus *lib. 2. de emendatione temporum cap. 8.* Beroaldus *in chronic. lib. 3.*

⁴ Probatur primò nostra sententia ex diversarum Sacri Textus editionum concordia; eodem enim verborum tenore, præsertim quoad numerum 480. annorum, ac in Vulgata habetur habet, legūt omnes Hebræi codices, & omnes tam antiquæ, quam novæ versiones, ita 70. Regia Complutensis, ita Chaldaeus Paraphrastes: vnde ad fidei Religionisque questionem, adnotante P. Saliano, pertinere videtur hæc communissima, ac verissima sententia: aut omnibus alijs scripturaræ supputationibus æquè fides abroganda erit, præsertim cum, ipso Cano confidente, in omnibus exemplaribus Græcis, Latinis, & Hebraicis idem omnino numerus annorum 480. reperiatur, imò, eodem affirmante, ab universis Autoribus Latinis, Græcis, Hebræis consentientibus confirmetur: eandem certitudinem ex hoc capite tribuit assertioni nostre P. Richardus Lincæus *tract. 5. de loco ab autoritate Sacrae Scripturae cap. 6. num. 68.*

⁵ Et quidem ad providentiam Dei cir-

circa Ecclesiam suam spectat, non permittere, vt illa in re, ne dum in numeris Chronologicis Sacrae Historiae, qui vt omnibus in confessio est, tanti momenti sunt, eius omnia exemplaria sint vitiata, vt optimè docent præcipue P. Valencia in Analisi lib. 8. cap. 5. Salianus anno Mundi 3023. Sherlogustom. 1. in Cantica anteloquio 7. sect. 1. numer. 8. Cornelius à Lapide in 2. Paralipom. cap. 16. vers. 1. Serarius in Prologomenis cap. 19. quest. 14. in fine Senensis lib. 8. heres 17. Gravina tom. 1. Catholic. præscript. lib. 4. Controv. 10. generali art. 19. At numerus Chronologicus quadrungentorum octoginta annorum in predicto intervalllo, mirabili concinnitate, legitur in omnibus editionibus, & exemplaribus nostri texus: igitur Chronologica hec sententia omnino observanda est.

6 Rrobatur 2. vel ex editionis Vulgatae sola lectione, etenim Ecclesiæ Catholice authoritate in Concilio Trident. sess. 4. definitum est, & sub anachemate præceptum, editionem hanc autenticam esse habendam, vt que pro autentica in concionibus, lectionibus, disputationibus, & expositionibus observetur, & vt nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel præsumat.

7 Id vero quod ait Sancta Synodus ne vllus illam quovis prætextu audeat rejicere,

vt

vt notat P. Ualen. 2. 2. disp. 1. punct. 7. quest. 8. §. 43. evidenti argumento est, in omnibus omnino locis, & quod attinet ad omnes scripturæ sententias, esse hanc editionem vt authenticam à Concilio approbatam; secus enim prætextus aliquis superefflet, quo, non obstante hac definitione Concilij, posset aliquando hæc editio in disputationibus rejici, nempe si dictretur in hoc certè, aut in illo loco, non esse hujus editionis authorem assequutum Spiritus Sancti mentem, vel simile quidpiam. At ne villo vñquam prætextu hæc editio rejiceretur, omnino voluit Concilium prohibere: in omnibus igitur locis, ac sententijs eam voluit haberi pro authentica.

8 In cuius rei confirmationem facit, quod refert P. Turrianus de fide disp. 22. dub. 4. in 2. sententia scilicet Summum Pontificem Gregorium XIII. commississe Sacre Cardinalium Congregationi explicationem Canonis Tridentini Iuprà relati potesteamque sic respòdisse. Nibil asseverari quod Latine Vulgata repugnet, etiam si sola esset periodus, seu clausula aut membrum, aut syllaba, iota ve vnum. Quod P. Turrianus ait, hoc tempore esse valde certum.

9 Eandem Sacrae Congregationis declarationem referunt Exim Doctor. disput. 5. de fide sect. 3. numer. 10. P. Serarius in Prologomenis cap. 19. quest. 11. fine P. Granados

2. 2. controversia i. de fide tract. 5. disp. i. num. 7. vbi inquit, ego sanè, præsertim post hanc vltiniam editionem, non solum singulas sententias, sed etiam verba, & minimum quemque apicem approbare, & venerari vellem.

10 Editionem igitur Vulgatam ex ipsius intrepétis, interpretum ve ignorantia, aut incuria quoad nullum verdum falsam esse, sed potius erroribus, non tantum gravibus, pertinentibusque ad fidem, & mores, sed quibusvis alijs, quantumvis levibus inimunem, asserunt præter suprà relatos P. Azor *tom. i. lib. 8. cap. 3. q. 4.* Hector Pintus *in caput 7. Danielis, Galarza lib. i. Evangelicarum instit. cap. 14.* Forerius *in oratione ad PP. Concilij Tridentini, præfixa expositioni Isaya.* Ramos *in Apolog. pro Decreto eiusdem Concilij. Cantaprentensis lib. i. hypoteposcon cap. 4.* & alij apud P. Lynchæ *tract. 7. de locis Theologicis cap. 5. numer. 47.*

11 Nec tamen contendimus, errores etiam typographorum (vt Kemnitius in *examine Concilij Tridentini Sess. 4.* & alij Sectarij calumniantur) si qui in aliqua exemplaria irrepserunt, à Concilio Tridentino probari, sed probavit Concilium veterem eam editionem bene atque correctè typis impressam, hanc nimirum probavit Concilium, vt optimè monet P. Valentia, loco suprà citato.

12 Cæterum cum hujusmodi correfactio perfecta sit jussu præsertim Sixti V. & aliunde typographici erroris suspicio nulla adsit in nostro textu, vt ex omnium aliarum versionum concantu liquidum est, sit sanè prælibatum numerum 480. annorum ab exiitu Israelitici Populi vsque ad iacta Templi fundamenta tanquam omnino verum retinendum esse.

SECTIO V.

Alia eiusdem sententiae fundamenta.

1 Tertia probatio nostræ sententiae est eo petitur, quod servitutem tempora in Judicum annis continentur, id quod probant tum Hebraicæ traditiones, Eusebio teste, *in Chronico*, & *Historia S. holastice Magistro*, cum ferè innumeris suptâ laqdatis.

2 Tum etiam ex Sacra Pagina deducitur, nam *Judicum cap. 4. vers. 1.* cum Filij Israel addidissent facere malum in conspectu Domini post mortem Aod, inquit Saecr Tex-tus: *Et tradidit illos Dominus in manus Jabin Regis Chanaan, qui regnauit in Asor. habuitque ducem exercitus cui nomine Disaram, qui per 20. años oppreßerat eos, nempe Israelitas,*

vt in codem textu dicitur vers. 3. & protinus
vers. 4. asseritur, quod in illo tempore, id est,
durante illa servitute, Debora prophetis, vxor
Lapidoth, judicabat Populum: igitur quia
anni servitutis, & Debboræ judicantis Popu-
lum concurrunt in idem tempus, nec dividendi
ab annis, quibus Debora judicavit.

3 Idem conficitur ex cap. 15. ejus-
dem lib. Judicum vers. 20. fine, vbi dicitur,
quod Samson judicavit Israel in diebus Philis-
thijin 20. annis; & cap. 14. vers. 4. habetur,
quod eo tempore Philisthijm dominabantur
Israeli: ergo quia anni servitutis Israelitici Po-
puli includuntur in annis Prefecturæ Samsonis,
& aliorum Judicum; nulla enim discriminis
ratio congrua assignari valet inter tempus
duarum prædictarum servitutum, & aliarum
servitutum tempora, vt hæc potius, quam
illa veniant separanda à Judicum annis; tum
quia hac servata temporis ratione, optimum sal-
vatur veritas Sacri Textus dicto lib. 3. Regum
cap. 6.

4 Sic igitur ex Aria Montano in Da-
nielle, quem f. r. sequuntur Adrichomius, Sa-
lianus, Torniellus, & alii, computanda ea
periodus à discessione ex Ægypto usque ad
ædificationem Templi.

5 Hebrei ab egressu ex Ægypto ten-
dentes in Chanaan peregrinati sunt in deser-

to, vt nemo dubitat, annis, 40. inde à Josuè, qui
post Moysis obitum Populum duxit, & rexerit,
usque ad Othoniæm fluxeré anni 17: vt mox
inclareset. Othoniæ Scriptura Judicum cap.
3. vers. 11. assigiat annos 40.

6 Aod, qui successit Othoniæ, ibidem vers. 30. tribuit annos 80: Sangar, qui
Aod sequitus est, omnes dant pauculos men-
ses; idque indicatur dicto cap. 3. vers. 31. si-
mul cum initio capit. 4.

7 Barac, & Debboræ cap. 5. v. ultimo, me-
morantur anni 40. Gedeonis pariter cap. 4. vers.
28. recensentur anni 40. Abimelech Gedeonis
filio, cap. 9. vers. 22. dantur anni tres. Thola
cap. 10. vers. 2. dantur anni 23. Jair cap. 10. v.
7. anni 6. Abessari cap. 12. vers. 9. & 10. anni
7. Ahialon cap. 12. vers. 21. anni 10. Abdon.
cap. 12. vers. 14. anni 8. Samsoni cap. 15. vers.
ultimo, anni 20. Heli 1. Regum cap. 4. vers. 18.
annis 40. Samueli, & Sauli Actorum 13. vers. 21.
tribuuntur anni 40. Davidi, 3. Regum cap. 2.
v. i. anni 40. Salomonii in nostro textu anni 4.
ex quibus omnibus fit summa annorum qua-
dringentorum octoginta:

8 Igitur cum præfatus numerus
quam optimè congruat textui nostro, & aliun-
de ex ipsis Sacris Libris prædictatis derivetur;
verus utique censendus est. Id quod vltérius
stabilitur, quoniam in humanis etiam, præser-
tim

276 Chronolog. dissert. tertia.
tim in legibus Civilibus, & Canonicis cor-
rectio, & contrarietas, quantum fieri possit
vitanda est, vt decernit Summus Pontifex Bo-
nifacius VIII. in cap. cum expeditat. de elec-
tione, & electi potest. in 6. in hunc modum res-
cribens, cum expeditat concordare iura juribus,
& eorum correctiones si sustineri valeant evitari,
Oe. Idemque colligitur ex cap. cum tu. de tes-
tibus cap. litteras, de restitutione spoliatorum le-
ge, si quando. 35. Codice de in officioso testamen-
to. lego 1. Codice de in officiosis dotibus, que enim
multorū vigilijs excogitata sunt, retinenda, vt
adnotant Gorofredus in dicta lego, si quando. Ab-
bas Panormit. consil. 78. in principio lib. 2.
Cardin. Tuschus tom. 2. practicarum con-
fessionum, littera E. concl. 137. num. 2. cum alijs
apud Barbosa variorū tractatum, axiomate 60.
per totum. At communita à nobis expositio lib.
Judicum Historiam, ac Chronologiam con-
ciliat sententiae, & Chronologiae assertae lib. 3.
Regum cap. 6. & Uulgatum Textum, tot Patrum
vigilijs, & Sacra Lege sanctum, absque vila
correctione observat, cum tamen aduersarij
illum esse corrigendum, asserant, veluti contra-
rium Historiae, & Chronologiae lib. Judicum,
& unico verbo tollunt quod multis iucubra-
tionibus fabricatum est: ergo nostra potius
sententia præferenda, & rei cienda contraria.

SEC

De annis principatus, &c. Sect. 6. 277

SECTIO VI.

De annis principatus Josue.

QVAMVIS de ætate huiuscem clarissi-
mi DUCIS, & Imperatoris aper-
ta scripture assertio sustulit con-
troversiam; in lib. enim ipsius cap. 24. vers.
29. dissertè legitur quod mortuus est Josue, fi-
lius Nun servus Domini centumdecem annorum;
idemque habetur Judicum cap. 2. v. 8. De Ma-
gistratus autem duratione cum exploratum
nihil sacer textus proferat, latam aperuit du-
bitandi viam; ex quo factum etiam videtur, vt
quidam rem nimium incertam rati, & forte
Scripturas inter se committere formidantes, de
ea nihil pronuntiare ausi sunt, vt liberiores
etiam esent in Judicum annis, eorumque in-
terregnis definiendis, videsis P. Serarium quest.
7. in cap. 21. lib. Judicum.

² Alij eius annos in 40. annis Otho-
nielis primi Judicis immittunt, atque inclu-
dunt, in quibus Illust. Tostatus quest. 12. in ca-
put 3. Judicum; perdoctus P. Ribera lib. de
temp. cap. 1. Liranus in caput 6. lib. 3. Regum,
& si qui alijs. Qui autem eius annos nominati-
mum exprimunt, admodum varij sunt, & quidem
in octo, vel in novem opiniones divisiti, in qui-

S 3

bus

bus recensendis ut gradatim progredia-
mur,

3 Omnis paucissimos ei tribuit Adri-
chomius, qui apud P. Salianum annos 7. dum
taxat eum praeſuſſe voluit.

4 Secunda sententia iſi numero tres
addit annos. Ita Tornicellus an. 2591. num. 14.
ybi septem annos, quos ſuprā decep̄ alij nu-
mierant, detrahit Josue, & illos senioribus,
qui illi in Reip. administratione ſuccellſiſſe di-
cuntur, conſignat. 10. quoque annos eius regi-
mini tribuunt Mercator, & Temporarius, qui-
bus conſentit etiam Cajetanus, cum gubernationib⁹ Moysis, & Josue annos ſimil aſſig-
nat 50. apud P. Lorinum in caput 13. Actorum
Apostolorum.

5 Tertia opinio ad quatuordecim pro-
greditur, ſic putat Moses quidam Maimonius
apud Genebrardum in Josue, & Massius in cap.
vltimum Josue, tot enim annis vult eum,
Moysi ſupervixisse.

6 Quarta pervenit viſque ad de-
cem septem, aut decem oſto, eadem enim fe-
rē eſt ſententia, & eodem nixa fundamento,
& quoad annos 17. eſt frequens, ut inſra pate-
bit.

7 Quinta eſt Josephi lib. 5. Antiqui-
tatum cap. 1. fine, quæ aſcendit viſque ad vi-
gintiquinque annos, ait enim, Josue post
mor-

mortē Moysis 25. annis Republicæ praeſuſſe:
eum Zonaras ſequitur individuus comes, ne-
que vñquam deſerit, ſive bene, ſive male ſen-
tientem, ut notat P. Salianus: huic temporī
ſex menses addit Codemanus, viuum annum
Beda lib. de ſex etatibus; Freculphum, & Co-
mestorem idem cum Josepho ſenſiſſe, pu-
tat P. Salianus; in eademque ſententia ſunt
P. Gordonus, & Cardin. Bellarmin.

8 Sexta, & plurimorum communis
ſententia, que ab Eusebio celebrata, multos
habuit Sectatores; nam Sulpitius Severus lib. 1.
Sacre Historiae, de Imperij Josue tempore (in-
quit) parum definio, frequens tamen opinio eſt
eum 27. annis praeſuſſe Hebreis. Idem omnino
ſentit D. August. lib. 18. de Civitate Dei, cap.
11. D. Isidorus lib. de vita, & morte Sancto-
rum, & in Chronologia, Nicephorus Con-
stantinopolitanus, Chronicón Alexandrinum,
& ante Eusebium Clemens Alexandrinus lib. 1.
ſtromatum, & Africanus, in recentioribus Gag-
neius, Bibliander.

9 Septima addit opinioni Eusebij
viuum annum, eſtque ferē Hebræorum com-
munis; nam Seder olam cap. 12. ait, Josue
vigintiocto annis rexiſſe Israelē, cui ſubſcri-
bunt Rabini Salomo, & Kimi apud Masium, qui
cap. vlt. Josue eandem ſententiam amplectitur,
Scut, & Phrygio Constantinus, & alij.

10 Octava est Julij Hilationis tom. 7. Bibliotecae Patrum, qui vult vixisse in Principatu annos 31. cui adiungi possunt, qui 32. in quibus Sebastianus Ueronius, & Funicius; nec momenti esse debet opinio Hebrei cuiusdam, qui sub Philonis nomine Biblicas confarcinavit antiquitates, nugis, fabulisque plenissimas, ut prenotavit P. Salianus, qui larvatus Philo scribit, Josue Judæis præfuisse annis 40.

11 In hac tanta opinioum varietate assero primò: ab initio Principatus Josue usque ad Othonielis regimen, anni, dumtaxat 17. interfuerere, sive per id temporis vixerit, & imperaverit omnino Josue, sive aliquot annis iacuerit Judiciaria potestas, & adfuerit interregnum usque ad Othonielem. Hæc sententia traditur à Torniello in *Annalibus* tom. 1. in 4. *Mundi atate*, anno Mundi 2591. num. 14. P. Saliano anno Mundi 2600. num. 4. Tirino in *Chronico*, cap. 20. qui Scriptores alios referunt eiusdem sententię patronos.

12 Probatur autem, quoniam si hunc annorum numerum auxeris, vel minueris, necessariò annus fundati templi, præcipue iuxta cap. 6. lib. 3. *Regum*, vitiosus erit. Tum quia eos, qui multò plures Ducatui Josue, vel illi intervallo, annos assignarunt, possumus sati rationalibiter suspicari, præsertim Josephi tex-

textum ubi dicitur, Josue Populo imperasse annis vigintiquinque, esse corruptum, ac decipi, vel eundem Josephum in recensendis aliorum Judicum interregnorumque annis non omnino assicutum fuisse Sacrum Textum, sed octo annos minus subduxisse, eosq; vt supplet, ipsius Josue principati addidisse.

13 Sicuti etiam, ut notat Torniellus, & Lucidus, Eusebium fecisse comperimus, nam cum in serie Judicum prætermisssum Ahialon, qui, & Aeolon, quem in suo 70. Interpretum codice non invenerat, ob idque prædictam quadragecentorum octoginta annorum summam, 3. *Regum* 6. collectam, confidere non posset, decem illos Principatus Ahialon annos, a se prætermisso, Ducatui Josue addidit, eumque non 17. sed 27. annis imperasse, scriptum reliquit.

14 Idem putat Torniellus contigisse alijs Scriptoribus, qui in suis suppurationibus vel sacrorum codicium, quibus vtebantur depravatione, vel aliquo alio errore decepti, quot annos in summa minus invenerunt, tot ipsius Josue Ducatui addendos putarunt.

15 Evidem nemo non videat, vel solam vulgatam editionem cunctis alijs privatis Scriptoribus, sive seorsum, sive simul sumptis authoritate prestare: atqui annorum 480. summa quæ in 3. *Regum* cap. 6. ab egressu ex

Ægypt.

Ægypto ad Templi fundationem legitur, constare non potest, si numero, 17. à Ducatu Josue usque ad Othonielem, addatur aut detrahatur aliquis annus: igitur totidem præcise anni eo intervallo comprehenduntur.

16 Ceterum licet Praefecture Josue non plusquam 17. annos assignandos esse censemus, dupliciter tamen id potest intelligi, uno modo ut intelligamus, ipsum Josue, toto illo tempore, vixisse in suo principatu, illud autem congruum tempus indeterminatum, in quo post mortem Josue, super vixerunt Seniores Israel, & Populus servivit Domino, quem admodum dicitur *Josue cap. 10. vers. 31. & Judicium cap. 2. vers. 7.* intelligatur, in annis Ducatus Othonielis debere comprehendendi.

17 Altero modo ut 17. illi anni inter Praefecturam Josue, & tempus Seniorum sint discontiendi; ita ut decem tantummodo primis annis præfuerit Josue, 7. vero reliquis supervixerint prædicti Seniores; & nihilominus omnes illi decē septē anni tribuantur Ducatus ipsius Josue; eo quod illi Seniores, qui fuerant consiliarij eius, & participes regiminis illius, illo mortuo, idem regimen sine Duce continuarunt.

18 Prima expositio placuit P. Salianu anno Mundi 2600. num. 5. eo quod Senior-

res,

res præfati nusquam dicuntur in Scriptura, Rempublicam gubernasse, sed intelligentit dunt taxat exemplo pietatis, & constantis in Deum fidei, toti Populo præluxisse, eumque ipso autoritatis nutu, quem senectus ipsa, & diurna experientia, firmata miraculis, consecuta erat in officio continuisse, ne aliqui, saltēm publicē, ad Idola deficerent: illi ergo anni ad initia Othonielis reiiciendi veniunt, suosque 17. Josue relinquere oportet.

19 Secunda vero explicatio attrivit Torniello tom. I. Sacrorum Annalium, anno 48. quarta Mundi etatis ab Orbe condito 2591. num. 14. tum quia regimen Seniorum convenientius tribui debet Principatui Josue, qui & ipse erat Senior, quam Ducatu Othonielis, qui fuit omnibus illis valde iunior; tum etiam, quia *Josue cap. 13. vers. 1.* satis clare insinuari videtur, ipsum Josue iam propè ad extremam peruenisse senectam, priusquam dividaret terram, ibi enim sic legimus; *Josue senex procrebatque etatis erat, & dixit Dominus ad eum senuisti, & longevis es, terraque latissima delecta est, que nec dum forte divisa est, & deinde vers. 7. subditur, & nunc divide terram, & quæ sequuntur, quasi diceret, noli amplius differre divisionem terræ, quia iam valde senex es, & consequenter pauci admodum adhuc tibi restant vita anni.*

Qua-

²⁰ Quare probabilius apparet, quod Josue, qui septimo sui Principatus anno (vt probat idem Torniellus anno Mundi 2590. n. 1.) coepit dividere terram, post illius divisionem tres tantummodo annos super vixerit quam 10. & per consequens, quod praefuerit Populo decem dumtaxat annis, vt sentiunt Cajetanus, & Naclantus. Ita ratiocinatur Torniellus.

²¹ Crediderim tamen rem semper manere incertam, quamvis conjecturæ à Torniello allatae haud exiguae vim habere videantur, & quidem, si terræ divisio facta fuit anno 7. Principatus Josue, vt P. Salianus docet etiam, ad prædictum annum Josue, rationabile satis apparet, non insuper 10. annos vita Principatus concedendos esse ipsi Josue; verum tamen comperto sententiam P. Saliani concedentis integros 17. annos Ducatui Josue, suffragatores habere P. Cornelium in cap. 3. *Judicum* v. 13. & Tirinum in *Chronico* cap. 20. vbi inquit, eidem positioni favere Venerabilem

Bedam, Adrichomium, Ariam Montanum, Joannem Lucidum, & Novatorum plerosque.



SECTIO VII.

Principiam expendit difficultatem.

¹ **S**i Israëlitici Populi servitutum tempora secernenda sint à temporibus, præfecturæ *Judicum* consignatis, plures profecto anni suprà 480. concedendi erunt ab Exodo usque ad iacta Templi fundamenta; porrò autem ea servitutum tempora extra *Judicum* annos numeranda esse, subducitur ex cap. 3. *Judicum*, vbi asseritur, quod cū filij Israhel habitassent in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrei, & Pherezæi, Hevæi, & Jebusæi, duxissentque vxores filias eorum, obliiti sunt Dei sui, servientes Baalim, & Astaroth, iratusque contra Israel Dominus tradidit eos in manus Chusani Rasathaim Regis Mesopotamiæ, & vers. 8. subditur, quod servierunt ei octo annis.

² Inde poenitentia ducti, placato Deo, liberantur Israëlitæ ab Othoniele, à quo Chusan, Syriæ Rex opprimitur, subditque Sacer Textas, commate 11. qui uitque terra 40. annis. *O*mnes est Othoniel Filius Cenez, sine dubio post expletos annos 8. servitutis, nec aliter nisi vis scripturæ fiat, interpretari licet. Tum sic: ergo expletis 17. annis Ducatus Josie,

& Seniorum usque ad mortē Othonielis, clapsi fuere 48. anni ; quorum primi 8. fuere servitutis , & interregni, 40. autem Principatus Othonielis , tum quietis ; ac libertatis, & consequenter dividendi sunt anni servitutis a tempore, & annis Principatus Othonielis:

3 Confirmatur primo: quoniam eodem cap. 3. *Judicum* commate 14. post mortem Othonielis cum peccarent Israelitae ; servierintque Eglon Regi Moab 18. annis, postea clamaverunt ad Dominum , qui suscitavit eis salvatorem , nuncupatum Aod : mox, commate 30. sic habetur : *Humiliatusque est Moab in die illa sub manu Israel; & quievit terra 80. annis.* Equidem cum in die illa humiliatus dicitur Moab, non aliud designatur tempus, quā post 18. illos oppressionis annos , cum servitutis pertæsi resipuerunt, ac Domini opem implorarunt: Malle igitur , & citra scriptoris mentem priores illi 18. cum quietis ; & pacatis annis coniunguntur , præcipue cum in Sacro Textu aperte dicatur , post illos 18. annos oppressionis, suscitatum Aod fuisse à Domino ; vt salvaret Israelitas , & deinde 80. annos terram quievisse.

4 Confirmatur secundo: quoniam cap. 4. cum exponatur ; quemadmodum post mortem Aod , ob scelerā sua ; in manus Jabin Regis Chanaā traditi fuissent Israelite, subiicit Sa-

cer Textus : *Clamaveruntque filii Israel ad Dominum : nongentos enim habebat falcatos Curus , & per 20. annos vehementer oppræsserat eos.* Nempe , postquam 20. annos oppresi sunt, tunc demum vociferati, ac Dei misericordiam implorare coeperunt , quod tempus lati- ni verbi oppræsserat melius convenit.

5 Inde post victoriam, Debborę aus- picijs partani cap. 5. vers. 32. dicitur *quievitque terra per 40. annos.* Quænam est ratio (inquit P. Petavius) vt 40. anni quietis ad 20. vtique præteritos revotentur ? Quod hi faciunt , qui 20. servitutis annos quadragenisi illis inclu- dunt.

6 Confirmatur tertio: quarta servi- tūs Madianitica non minus differt cap. 6. eiusdem libri *Judicum* , ea verborum comprehen- sione proponitur, vt evidentissimum sit 7. illos annos servitutis , de quibus dicto cap. 6. v. 1. & 2. extra posteriores 40. quietis , & libertatis consistere ; quoniam *Judicum* cap. 8. vers. 28. post annorum 7. servitutem à Madianitis illa- tam , Jūdice , & assertore Gedeone , inquit Scriptura : *Humiliatus est autem Madian coram Filiis Israel nec potuerunt ultra cervices elevare: sed quievit terra per 40. annos quibus Gedeon pre- fuit.* Non prefuit autem Gedeon antequam Populum in libertatem restituisset , adeoque non ante illos evolutos annos 7. quibus servi- vit.

Quod

7 Quod si in his quatuor servitutum temporibus anni , quibus Israëlitæ servierunt gentibus, separandi sunt ab annis, quibus præ fuerunt judices , idem dicendum erit de alijs duabus servitutibus , nempè de oppressione sub potestate Phylithinorum , & Amonitarum , *Judicum cap. 16. vers. 8.* quæ fuit anno rum 18. & de alia sub Phylithæis annorum 40. de qua *Judicium cap. 13. vers. 1.* Hi autem servitutum anni constituant summam anno rum 111. ac propterea totidem anni addendi erunt summae 480. annorum , de quibus in nostro *cap. 6. lib. 3. Regum.*

SECTIO VIII.

Ut accipienda sint verba illa Scripturæ, Quievit terra tot annis, aut per tot annos.

EX præfixæ difficultatis enodatione viam iternece intendimus , ad elevandâ supra exarata obiectionem: igitur huiuscmodi verba, *quievit terra tot annis, aut per tot annos,* aliquoties in libro *Judicum* repetita , multipliciter accipi posse videntur : quamobrem de legitima ipsorum intelligentia aliquid hoc loco differere necessarium est ; etenim non bene intellecta

Ut accipienda sint, &c. Sect. 8. 289
lecta plurimum Sacrae Chronologiae officerent.

2 Primò quidem appetat, esse accipienda solùm de illo tempore, quo cessatum à prælijs , quatenus scilicet distinguuntur Idolatriæ, servitutesque à præliorum temporibus; nam iste est sensus, quem prima fronte dicta verba videtur exprimere; quid enim eo in loco sibi vult, terram quiescere , nisi à prælijs? Præsertim cum illud ipsum in calce *capitis 3. lib. Judicium* conceptis verbis expressum reperiatur , in aliquot factis exemplaribus : igitur idem videtur esse, terram tot annis quievisse, ac si diceretur, Populum illum Israëliticum tot annis in summa pace , ac tranquillitate sine villa ostium incurfione, ac perturbatione manisse.

3 Cæterum si hæc admittatur expostio, non solùm necesse est, falsa esse ea , quæ diximus , nimirum ab exitu Israëlis de Ægypto ad incohatam Templi Salomonis ædificationem inveniri annos 480. quemadmodum expressè testatur scriptura, *3. Reg. cap. 6. vers. 1.* verūmetiam non annos duntaxat 592. ut Josephus creditit , sed plusquam 600. intra memoratos terminos fluxisse, oportet , eosque incertos , & indeterminabiles ; quoniam, et si in sacro eloquio anni servitutum expressi reperiantur , non tamen durationis Idolatriæ,

triæ, ob quam sæpius in servitutē reddigi mēruerunt. Neque item tempora , quæ inter obitum vnius Judicis , & redditum Populi ad Idolatriam transierunt ; sed neque etiam tempora, quibus contra hostes debeliatum est: vnde tota ferè horum temporum Chronologia confunderetur , ac prorsus interiret.

4 Præterea obstant illa verba , quæ *Judicum cap. 8. vers. 28.* habentur , scilicet: *Quievit terra per 40. annos quibus Gedeon p̄fuit* , quæ nullo modo intelligi queunt sic , vt per annos 40. præfecturæ Gedeonis à prælijs cessatum sit , quoniam perspicuū est , Gedeonem præfuisse Populo , etiam toto illo tempore , quo bellum gerebat contra Madianitas , vt enim asseritur *Judicum cap. 6. vers. 34.* clangens buccina convocavit dominum Abiez̄er , misitque nuntios in universum Manassen , in Aser , & Zabulon , & Nephtali , vt se sequerentur ad bellum : hæc autem non potuisset efficere , & iubere Gedeon , nisi Judex , & dux Populi fuisset.

5 Idem cernere est in Othoniele , in cuius Principatu *Judicum cap. 3. vers. 11.* dicitur terra qeievisse annos 40. & tamen Othoniel adjit adversus Chusani Rasathaim Regem Syriæ , & opprescit illum : igitur verba illa quievit terra per tot annos , non ita accipi debet , vt per totidem annos à prælijs cessatum fuerit.

6 Secunda , & valdè probabilis sententia docet , Scripturam Sacram in prædictis verbis (vt alias quandoque) usurpare numeros cardinales pro ordinalibus , dicuntur autem numeri cardinales , qui propriè , communiterque numeri appellantur , puta unus , duo , tres , & reliqui similes : ordinalib⁹ verò qui magis ordinem significant , velut cum dicimus primus , secundus , tertius , & sic de alijs ; pro his igitur ordinalibus numeris cardinales usurpant Hebræi , & quidem à decimo ; & supra necesse est , hoc facere , quia ordinalibus carent , sed tamen etiam ab uno usque ad decim id facere solent , vt notat P. Ribera lib. 1. de Templo Salomoni .

7 Id quid sequentibus liquet exemplis: *Aggei 1. & Zacharie 1.* dicitur in Vulgata : *in anno secundo Darij Regis*; Hebreus autem textus habet: *in anno duobus*: *In 3. Regum cap. 15. in anno tertio Asa*; Hebreus: *in anno tribus Asa*: *Leviticus cap. 25. sanctificabisque annum quinquagesimum*; Hebreus: *annum quinquaginta*. Et Zacharie 1. *iste iam septuagesimus annus est*; Hebreus: *iste iam Septuaginta annus*.

8 Ex Hebreo fonte in Latinam Vulgatam editionem similis locutio derivata certatur ; quoniam *Genesis cap. 1. dictum est*: *fatumque est vespere, & mane dies unus: pro primus;*

& in Evangelio *Ioan. 20. cap. vna Sabbatorum;*
 & *Marci 16. vna Sabbati, pro prima Sabbati,*
& prima Sabbatorum.

9 Hoc ergo in prælibatis verbis Libri Judicium factum, putat hæc intentione, ut cum asseritur *cap. 3. quievit terra 40. annis, O mortuus est Othoniel*, sensus sit: quievit terra quadragesimo anno, id est post mortem *Josue, & Seniorum*, expulso dominatu Regis Syrie, tandem quadragesimo anno terra quievit. Nos etiam Hispano Idiomate eodem modo ferè loquimur, quia numeris ordinalibus caretus in multis, nili ex latimo sermone capiamus. Ita de ceteris judicibus dicendum est iuxta hoc placitum; & servata proprietate literæ conficitur numerus 480. annorum. Sic docet P. Ribera lib. 1. de *Templi fabrica*; *cap. 1.* quamvis omnino huic interpretationi non acquiescit.

10 Refellitur tamen expositio ista primò, quia certum videtur, bella illa Israëlitici Populi ab eorum initio non tandi perduuisse; nam Rex Melopotamie exacto anno octavo superatus est: & Rex Moab decimo-octavo, & Jabin Rex Chanaan, vigesimo, & Madianitæ septimo oppresi, humiliati que fuerunt.

11 Deinde obstat: Judices non statim post reportatum de hostibus triumphum obijs-

obijssæ; sic enim colligitur ex dicto lib. *Judicium cap. 3. vers. 8. & 14. cap. 4. vers. 3. & cap. 6. vers. 1.* nec non *cap. 1. vers. 8.* & tamen ex eodem Sacro Libro appetet, eosdem Judices in fine illorum annorum, quibus dicitur terra quieuisse, defunctos esse.

12 Tandem non semper in locis civitatis Scriptura dicit, terram quieuisse tot annis sed, *per tot annos*, sic enim habet editio Vulgata *Judicium cap. 5. in fine, & cap. 8. vers. 28.* cui loquendi modo prælibata expositio nullatenus adaptari posse videtur; quoniam ex illa dicendum esset, terram quieuisse illo ultimo quadragesimo, vel octogesimo anno, & non antea, quot repugnat Assertioni Sacrae, dici *terram per 40. vel 80. annos quieuisse.*

13 Idcirco ad elevandas omnes difficultates, melius dici potest, Authorem lib. *Judicium*, illis verbis quater repetitis, *quievit terra tot annis*, vel *per tot annos*, tria simul comprehendere voluisse, primò præcisum annorum numerum, qui ab una Populi prævaricatione ad aliam, sive quod in idem recidit, ab obitu precedentis Judicis ad obitum subsequentis intercesserant; nulla habita ratione, quod posterior Judex statim, aut multò post electus fuerit, hoc enim exprimere ad continuandam chronologiam non videbatur necessarium; il-

Iud autem ad seriem temporum colligendam scire, omnino oportebat.

14 Secundò quòd in dicto annorum numero etiam Idolatriæ, servitutis, & belli tempora comprehendebantur, vt iam dictum est, præcipue ex cap. 8. vers. 28. Tertiò, & principaliter quòd Israëlitæ maiorem, vel magnam saltèm illius temporis partem in summa pace ac tranquilitate traduxerint, non enim in Scripturis Sacris novum, aliquando totum pro parte usurpari consuevise.

15 Illustrē habemus huiusc rei exemplum, *Genesis cap. 15. commate 13.* vbi prædixit Dominus Abrahamo, semen eius peregrinum futurum, & subiectum, afflictumque iri quadringentis annis; cum tamen satis constet, peregrinationem, subiectionem, atque afflictionem, ibi prædictas, non totos illos quadringentos annos continguassem, sed intra illud tempus Israëlitas, interpolatis vicibus, graves aliquot ad modumque molestas peregrinations, ac plurimum annorum subiectiones, afflictionesque sustinuisse, vt edocet Tornielius *anno mundi 2118. num. 16.* & nos fuse dicit. 2. ostendimus.

16 Vnde quando *Judicium cap. 3. vers. 11.* post descripta hæc omnia, nimirum defecitionem Populi ad Idola, servitutem octo annorum Regi Syriæ, bellum cum eo ab Othoniele

niele gestum, & tandem vieti Regis oppressio nem, subiungitur quievitque terra 40. annis, & mortuus est Othoniel, non significatur, Othonielem decessisse statim, ac Regem Syriæ oppresxit; sed post illos 40. annos, vtique computandos ab initio prioris memoratae prævaricationis, seu, (quod idem est) à morte Josue, & Seniorum, qui fuerunt veluti Duces, & Rectores Populi, eumque donec superstites fuerunt in verò Dei cultu continuerant, & consequenter ex eisdem scripturæ verbis perspicuum datur intelligi, omnia nempè, Idolatriam, servitutem, Judicis fuscitationem, bellum, & si quid aliud eiusmodi, intra illos 40. annos contigisse.

17 Et nihilominus terram illis 40. annis quievisse, hoc est, Israëlitas magnam illius temporis partem in pace traduxisse, quod est dicere, à pralijs cessasse, id enim ibi significare videtur verbum illud *quievisse*, quemadmodum *Genesis cap. 2. vers. 2.* dicitur Deus die septima requievisse, id est, cessasse ab illo opere, & *Isaias cap. 1. vers. 16.* *quiescite* (inquit) agere perverse, hoc est cessate. Et *Apocalypsis cap. 4. vers. 8.* de quatuor illis Animalibus legimus, *O requiem non habant die, ac nocte,* dicentia Sanctus, &c. id est, non cessa bant.

18 Similiter in citato *Judicium cap. 3.*

commate 3. vbi post descriptam alteram Populi prævaricationem , alteramque servitutem 18. annorum, præstitam Regi Moab, item eiusdem Regis occisionem , & bellum contra Moabitas , Aod Duce feliciter gestum , cum deinde subditur , *& quietuit terra* 80. annis , vtique debemus subintelligere , à fine prædictorum 40. annorum , in quo obierat Othoniel; seu, quod idem ferè est , ab initio secundæ prævaricationis numerandos , & per consequens præfamat Populi prævaricationem , servitutem , Regis interfectionem , & Moabitarum cladem , acta esse intra illos 80. annos , quos vel in morte Aod , vel non multò post , scilicet in obitu Samgar , fuisse terminatos , subducunt frequenter Chronologi , cum Torniello , & Saliano : & sic de reliquis tempotibus , ac Judicibus usque ad defunctum Gedeonem ; nam deinceps Judicum initia , annique magis clare tradi videntur.

19 Huic nostræ expositioni adstipulantur P. Ribera lib. 1. de Templo. cap. 1. & magis dilucide Torniellus anno 58. *quarta etatis* , *& ab Orbe condito* 2601. vbi inquit hanc esse communem omnium ferè expositorum sententiam , P. Salianus , anno Mundi 2640. num. 6. & 7. nec non Cornelius Judicum cap. 3. vers. 11. Etsi simul amplecti videatur expositionem eorum , qui putant , sumi ibidem nu-

metum cardinalem pro ordinali iuxta Hebreorum morem , de quo idem Cornelius *Cannone* 1. & 2. in librum *Judicum*. & *Exodi* cap. 12. vers. 4. Reapse tamen in Tornielli , Saliani , & frequentiorem sententiam recedit.

SECTIO IX.

*Objectionibus sectione 7. exaratis it
obviana.*

1 **E**X prælibatis sectione præcedenti haud difficulter elevari posunt , que nostro , & communī placito opponuntur ; verumtamen ut luculentius nostra sententia constabiliatur , singillatim proposita argumenta discutere , & infringere operæ pretium erit.

2 Ad primum liquet , annos 40. de quibus *Judicum* cap. 3. *commate* 18. vbi dicitur: *quietuitque terra quadraginta annis* , immerito asseri ab obijcente P. Petavio , sine dubio computandos post 8. annos servitutis Populi Israelitici , de quibus dicto cap. 3. *commate* 8. Et quidem nullam Sacrae Scripturæ vim inferri ex nostra expositione , convincitur , quoniam illa Sacro Textui eiusdem libri *Judicum* , optima

ma complexione nitatur, vt ex præcedenti sect. subducitur.

3 Nec tamen ideo dicimus servitutis, & captivitatis tempora fuisse tempus quietis, ac pacis; imò fatemur quiescensi verbum servituti, & captivitati ex adverso responde-re; his tamen contradistinctis temporibus, si-ri optimè valet, vt 8. anni, quibus Judæi in ser-vitutem traditi sunt, intelligantur, vt pars pe-riodi 40. annorum, quibus terra quievisse dici-tur. Tum quia ex ipso Sacro Judicum li-bro sic accipi debere colligitur; tum quia magna, & maiori illius intervalli parte, in pace Israelitæ vitam traduxere, ac denique quoniam ex modo loquendi Sacré Scripturæ hæc expositio firmatur.

4 Illamque inter alia Sacré Scriptu-ræ eloquia communis textus in cap. ult. versa 28. Judith. vbi nobilis Heroina dicitur per-mansisse in Domo viri sui 105. annos; per-spicuum vero est, non omnes illos vitæ suæ annos in domo viri eam egisse; ante ma-trimonium quippè in domo parentum pue-lares annos 15. egit, vnde illorum verbo-rum quæ in Sacra Pagina habentur, man-sit in domo viri sui annos 105. alia non est vis, quam vixisse in domo viri sui magna, & maxima illius temporis parte, vique di-jum pervenisset ad 105. vitæ suæ annum.

Vn-

5 Vnde, & in Græco legitur, & se-
muit in domo viri sui annos 105. vbi illud
mansit Divi Hieronymi per seniūt explica-
tur. Itaque versio Vatabli sic habet: proceſſit
ad claritatem extimam donec in domo viri sui
ad centesimum quintum annum atq[ue] pervenit.
Et ita sentit Cardin. Bellarminus tom. 1. lib.
1. cap. 12. & Gretserus ibidem, Serarius
quoque in eundem locum Judith, vbi lau-
dat D. Athanasium in synopsi, Sulpitium
Severum lib. Historiæ, & Rabbanum, qui-
bus RR. Chronologi passim assentiuntur, nec-
non Expositores loci Judith, præsertim, P.
Cornel. qui idem firmat can. 2. in librum Ju-
dicum.

6 Illustratur ex eodem cap. Judith,
in fine, vbi dicitur quod in omni spatio vi-
te eius non fuit, qui perturbaret Israel, &
post mortem eius annis multis; & nihilomi-nus tempore Judith, Israelitæ à Babilonio-
rum ingenti exercitu, cuius Dux Holo-
phernes, obfessi fuere, & vehementer
aflictæ, donec per manum imbellis foeminæ
de crudelissimo, atque potentissimo Ad-
versario, Dominus victoriam reuulit, vt ex Ju-
dith lib. patet.

7 Igitur quia verba illa Sacri Tex-
tus in omni spatio vite eius, scilicet Judith,
non debent ita intelligi, vt toto tempo-

re vitæ illius in pace Israelitæ vitam traduxerint, sed post reportatam de Holopherne, & Babilonijs victoriam; consimili ergo significantia, verba illa nostri textus, quicunque terra annis 40. non ita debent usurpari, vt integro illo 40. annorum intervallo, nullum bellum, nullaque perturbatio Israelitas oppresserint, sed potius sensus sacri eloquij est, post quam ab Othoniele liberati fuerunt Israelitæ, in pace, & quiete, eos permansisse, usque ad annum quadragessimum, vtique computandum à morte Josue, & Seniorum, quin propterea vim ullam Sacro Textui inferamus, nec extorta, aut minus rationi consentanea hæc nostra sit interpretatio, & multò minus divini eloquij depravatio censenda, quidquid immixtio dixerit P. Petavius, lib. 9. de Doctrina Temporum cap. 32. Vnde ad primam confirmationem dicendum venit, annos 80. quibus quievisse terra dicitur *Judicum* cap. 3. commate 30. numerandos esse à morte Othonielis, post cuius obitum, inquit Sacer Textus vers. 12. Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortavit adversus eos Eglon Regem Moab, cui servisutem praefliterunt decem octo annis, vt in eodem cap. vers. 14. asseritur qui vtique non sunt excludendi ab annis 80. des.

Objectionibus sectione 7. &c. Sect. 9. 301
de quibus commate 30. sed in eis potius includendi, quamvis, quod dicitur in eodem textu, nempè *Humiliatus est Moab in die illo sub manu Israel*, intelligendum sit post exactos annos 18. quibus Regi Moab servivit Israel: qui enim fieri possit, vt Moab humiliatus esset annis precedentibus, in quibus sub servitute possidebat Israelitas? ceterum non ideo pacatos, & quietos annos cum annis servitutis confundimus, nec dicimus idem omnino esse, quod Israel servierit Domino cunctis diebus Josue, & Seniorum; & quod Israel malum fecerit in conspectu Domini, & oblitus sit Dei sui, serviens Baali, & Astartoth; sed profectò distinguendo bonum à malo, & pacem à bello, singulis rerum gestis distincta tempora consignamus, & asserimus, quod maiori ex parte illorum 80. annorum, pace fruebantur Israelitæ, & propterea in Sacro Textu dicitur, quievisse terram 80. annis.

8 Secundè confirmationi fit satis, quoniam licet distinguamus tempora servitutis, & libertatis, & consequenter inhærendo Sacro Textui dicamus, post mortem Aod per annos 20. oporeflos fuisse Israelitas à Jabin Rege Chanaan, dejndeque liberatos fuisse, tamen dicimus, annos 40. quibus terra quievisse asseritur cap. 5. *Judicum*, com-

putandos à morte Aod, tribuendos que Debboræ Præfecturæ; & quidem Populo Israelitico præfuisse Debboram ante tenipus libertatis per illam obtentæ, ex eodem textu, scilicet cap. 4. *Judicium*, inclarescit; postquam enim dictum est, Jabin exercitum, Duce Sysara, oppresisse vehementer Israelitas, subdit Sacer Textus, erat autem Debboræ Prophetis uxor Lapidoth, quæ iudicabat Populum illo tempore, scilicet servitutis; & subjectionis, cuius nempè immediate meminerat Cælicus Autor: vnde duo colligenda veniunt: primum tempora servitutum non esse fecernenda à temporibus *Judicium*: secundum, eadem *Judicium* tempora, quæ in Sacro Textu consignantur, comprehendere tempus belli, servitutis, ac libertatis, & quietis, pro ut nostra fert sententia.

9 Tertia confirmatio infringitur primò; quoniam licet fateamur, non præfuisse Gedeonem, antequam Israeliticum Populum libertati restituisset, adeoque non iudicasse ante 7. illos evolutos annos, quibus servivit Regi Madian, nihil proptereà contra nos conficitur, ex eo quippe non ostenditur, quòd illi ijdem 7. anni non comprehendantur in annis 40. quibus terra quievit, & quibus præfuisse Gedeon dicitur in Sacro Textu cap. 8. commate 28. quo-

Obiectionibus sections 7. &c. Sect. 9. 303
quoniam obtenta libertate, terra quievit usque ad annos 40. numerandos utique à tempore prævaricationis Israelitici Populi, vt suprà dictum fuit, ita, vt evolutis illis septem annis, & acquisita libertate, nullum deinceps bellum, nullaque afflictio Populum oppresserit usque ad 40. annos.

10 Secundò elevatur eadem obiectionis, quia ex ijsdem Divini eloquij verbis eo cap. 8. vers. 28. aperte colligitur, tempus 40. annorum, quibus terra quievisse asseritur, & quibus præfuit Gedeon, non omnino fuisse quietis, ac pacis, nec toto illo tempore à prælijs cessatum fuisse; perlucium enim est, Gedeonem præfuisse Populo, toto illo tempore, quo bellum gerebat contra Madianitas, vt ab eorum servitute Populum liberaret, quanobrem, vt suprà libavinius, potuit Gedeon clangere buccina, & mittere nuntios ad plures tribus, vt se sequerentur ad bellum, prout dicitur cap. 6. vers. 34. igitur dum in sacro eloquio dicitur, quievit terra per 40. annos quibus præfuit Gedeon, non debemus intelligere, integro illo 40. annorum intervallo, cessatum à prælijs, iuxta id, quod adversa sententia asserit.

11 Quod si opponat quispiam, dic-

dicto lib. *Judicum* cap. 8. commat. 22. parata de Madianitis victoria , dixisse Gedeoni omnes Filios Israel , dominare nostri , & filius tuus , & filius filij tui , quia liberasti nos , &c. quibus verbis videntur constitutissime eum Judicem post devictos hostes , & consequenter dicendum venit 7. annos , quibus Irael servivit Regi Madian, non posse includi in 40. annis, quibus Gedeon præfuit , quievisseque terra dicitur.

12 Respondetur , post reportam de inimicis victoriam , voluisse Israëlitas facere Gedeonem , non quidem Judicem , sed Dominum absolutum , id est , Regem , ita ut ius Regni penitus etiam transiret ad posteros suos , & hoc ipse recusavit , dicens non dominabor vestri , nec dominabitur in vos filius meus , sed dominabitur vobis Dominus. Manifestum enim est ipsum non recusasse Judicis dignitatem , & præfecturam , quam tenuit 40. annis , sed dominium absolutum , quod solis debebatur Regibus. Ita docent Illust. Abulensis in cap. 8. *Judicum* quest. 16. Torniellus anno Mundi 2601. num. 2. & P. Salianus anno Mundi 2768. Gedeonis præfecturae 8. num. 72. apud quem concinunt 70. Interpretes , & Chaldaeus. Quamobrem si Gedeon

Obiectionibus sectione 7. &c. Sect. 9. 305
præfuit Populo annis 40. computatis belli , ac pacis temporibus , idem videtur posse dici de alijs Judicibus , & consequenter appareret , quod verba illa: *Et quietit terra tot annis* , non possunt , nec debent accipi pro solo tempore , quo ceßatum est à prælijs.

13 Oppones secundò: dum venit ad Gedeonem Angelus , & iussit illi ut , liberaret Populum de manu Madian , excutiebat ipse , & purgabat frumenta in torculari , ut habetur *Judicum* cap. 6. vers. 11. ibi : Cumque Gedeon filius eius (scilicet Joas) excuteret , atque purgaret frumenta in torculari , ut fugeret Madian , apparuit ei Angelus Domini , & ait , Dominus tecum virorum fortissime. Et infra vers. 14. respexitque eum Dominus , & ait , vade in has fortitudines tua , & liberabis Israël de manu Madian , qui respondens ait : Obsecro mihi Domine , in quo liberabo Israël ? Et ego nimirum in domo Patris mei. Hæc ibi ; quæ profectò in Præfecti , & Judicis dignitatem minime quadrant : purgare frumenta opus famulare est , & rusticum. Tum quia si Gedeon Populi Jædex esset , non ita se minimum fateretur : igitur quia ipse nec in prælio contra Madian , nec retro septem annis in servitute evolutis , Judicis dignitate polebat.

13 Respondetur : id operis purgantem
di

di frumenta temporum necessitatibus vel præfurae tribuendum esse, quæ persuadebat, ut communi omnium domesticorum utilitati consuleret, & ut omni diligentia hostium aduentus, à quibus vastabantur omnia, præverte-retur: ideoque latenter, non in area, sed in torculari excutiebatur, qui vindemias locus erat, non frugum. Vnde Josephus lib. 5. cap. 8. inquit: *Per idem tempus Gedeon fæsi filius (sanè legendum Joasi, ut recte notat P. Sallianus) unus è Primatis Tribus Manassetidis manipulos frugum clam in torculari comportatos, flagellabat; non enim ausus est propter hostem, palam hoc in area facere.* Vnde etiam in textu subditur, ut fageret *Midian*: ad montes videlicet, & speluncas de more se recipiendo.

14 Notandum quippè ex Illustris Abulensi, quest. 10. in caput 6. *Judicum*, quod *Midianitæ*, & cæteri Populi Orientales Israelitarum inimici veniebant in terram Israel, tempore messis, cum nondum matura erat, ut possent omnia vastare: venientibus autem eis, Israelitæ fugiebant ad montes; nam dicitur hoc eodem cap. 6. *Judicum*, quod fecerant sibi antra, & speluncas in montibus, & munitiones ad repugnandum loca: in his ergo locis manebant Israelitæ absconditi timore mortis, eo tempore, quo manebant *Midiani-*

Objectionibus sectione 7. Óc. Sect. 9. 307
dianitæ in terra, eam valtando, quibus recedentibus Israelitæ descendebant, & colebant terram pro sequenti anno, ne omnino petirent, in anguitia, & miseria, sed ut poterant sustentabantur. Adveniente autem tempore messium, si manerent aliqua loca nondum invasa à *Madianitis*, præoccupabant Israelitæ, segetes non plenè maturas qualiter cumque metere, & excutiebant grana, ferrebatque quod poterant secum in montes; vnde quia tunc temporis non dum *Midianitæ* occupaverant oppidum *Ephræ*, ubi degebat Gedeon, ipse purgabat triticum, ut ferret secum in montes ad manendum in antris, & speluncis; quo usque recederent *Madianitæ*, ita Illust. Abulensis.

15 Nec indecorum censeri debet, quod Gedeon purgaret frumenta, & agriculturæ incumberet, tum quod à Deo agricultura præcepta fuerit Adæ, *Genes. cap. 2: vers. 15.* tam quod Adam, à quo omnis nobilitas descendit, Abel, Seth, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, Moses, Booz, omnesque prisci viri celeberrimi fuerint Agricolaræ, totusque *Populus Israel* colebat agros, donec Regem peteret. Cyrus etiam Parsarum Rex, & antiqui Imperatores Romani, agricolaræ fuerunt, nec non alij plurimi Reges, ut adnotat P. Cornelius *Genes. cap. 9. vers. 20.*

16 Regumque cura occupata fuit non solum agriculturæ exercitio , sed libris etiam, quasi Artem tradendo, ut Hiero, Mitrates, Philometor , Attalus , Archelaus , & Duces , ut Xenophon, Syllanus,Cato, Plinius, Terentius Varro. Attiliumque vocantes ad Imperium Romanum cum semen spargentem, invenerunt. Estque commendabilis valde agricultura ; primò quia habet amēnitatem, secundò sanitatem tuetur , & corpus roboret; tertio fruges , & fructus procurat: quartò valet ad meditationem Cœli , Syderum, pluviae , arborum, aliarumque rerum natura- lium , & ad contemplandum , colendumque Deum , indè prisca festa Terralia , Floralia, Agnalia , Palilia , &c. huiusque artis bona confiderans Poeta 2. Georgicon cecinit.

*O fortunatos nimium, sua si bona norint
Agricolas ! quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilem vietum iufissima tellus
Et rursus:
Hanc olim vitam veteres coluere Sabini
Hanc Remus, & frater sic fortis Hetruria crevit:
Seilicet , & facta est rerum pulcherrima Roma
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.*

Et Aristoteles lib. 1. O Economicorum, cap. 2. ita ait : Secundum naturam vero potissima est agricultura : secundo loco omnia , que sunt à ter-

ra , ceu metallorum , aut siqua alia huiusmodi: sed agricultura præcipue , quoniam iusta. Non enim ab hominibus , nec volentibus, ut cauponaria , & mercenaria , nec ab invitatis querit , quemadmodum bellicæ artes. Et est earum rerum, que sunt secundum naturam. Natura enim omnis educatio est à matre ; quare, & hominibus à terra. Hæc Philosophus. Præcipua tamen agricultura laus habetur Ecclesiastici cap. 7. commat. 16. vbi Syracides nos ita monet , non oderis labo- riosa opera , & rustificationem creatam ab Altissimo. Nihil ergo mirum , quod Gedeon , et si Israeliticæ Gentis Dux , & Judex rustica- tioni incumbet.

27 Verumtamen non ideo intentionis nostræ est, Gedeonem , & alios Judices usque ad Abimelech , statim post mortem præcedentium Judicum fuisse constitutos, id enim in Sacro Eloquio exploratum non repe- ritur , & videtur colligi potius , non ita eve- nisse ; nam de Othoniele nullibi legimus, quod iudicaverit Populum illicè post defunc- tos Josue , & Seniores , quorum temporibus, Israelitæ iugiter servierunt Domino , ut scrip- tura testatur, Josue cap. ultim. vers. 31. sed post illa tempora in quibus filij Israel ad Idolola- triam iam declinaverant, & item posteaquam ob eandem Idololatriam servierant Regi Me- sopotamiae , seu Syriae , octo annis , ut dicitur

Judicum cap. 3. vers. 8. tunc enim, quemadmodum ibidem habetur, clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis Salvatorem, scilicet Othonielem, & liberavit eos: ecce Othoniel non nisi post predictos servitutis annos Populo praeufige indicatur.

18 Idem possumus colligere ex codem *Judicum cap. vers. 12.* vbi post descriptam Othonielis mortem, adiungitur: *Addiderunt autem filii Israel facere malum in conspectu Domini, qui confortavit aduersus eos Eglen Regem Moab.* Et post pauca videlicet versu 14. sequitur: *Servieruntque filii Israel Eglen Regem Moab decimæ annis, & possea clamaverunt ad Dominum, qui suscitavit eis Salvatorem vocabulo Aod.* vbi videtur astri, quod etiam huius *Judicis* suscitatio facta fuerit post illud decussum Idolatriæ tempus indeterminatum, & item post alios, 18. servitutis annos, quamobrem non illicè post defunctum Othonielem electus fuit *Judex Aod.*

19 Idem firmatur, quoniam si dixerimus verba illa, *quiet terra tot annis*, significare annos præfecturæ cuiusque *Judicis*, durantis omnino per tot illos annos, eadem prorsus absurdæ, & inconvenientia sequi, necesse erit, quæ in superioribus retulimus, nimirum, Sacre Chronologiæ confusionem, & textus lib. 3. Regum cap. 6. vers. 1. falsitatem;

quan-

quandoquidem summæ annorum ibidem expressæ addere opporebit alios annos inter obitum prioris *Judicis*, & subsequentis excitationem decursos, quos Scriptura Sacra indecessos reliquit.

20 His incomodis it obviam nostra sententia dicendo, Scripturam Sacram illis verbis, indicare voluisse præcissum annorum numerum, qui ab una Populi prævaricatione ad aliam, seu ab obitu praecedentis *Judicis* ad obitum subsequentis intercesserat, nulla habita ratione, quod posterior *Judex* statim aut aliquibus postmodum annis delectus fuerit; hoc enim exprimere ad continuandam Chronologiam non videbatur necessarium; illud autem ad seriem temporum colligendam, scire omnino oportebat. Secundo quod in dicto numero annorum etiam Idolatriæ, servitutes, & belli tempora comprehendantur; tertio quod Israelitæ maiorem, vel magnam saltem illius temporis partem in summa pace, ac tranquilitate traduxerunt,

21 Propendent igitur in sententiam suprà indicatam, videlicet Judices præfatos usque ad Abimelech non fuisse electos statim post obitum praecedentium, sed interiecto aliquo annorum spatio, Torniellus, 4. Mundæ etatis anno 58. num. 30. & P. Saliān. anno Mundi 2761. num. 1.

SECTIO X.

Elevat alia P. Petavij fundamenta,
Et ipsius sententiam
refellit.

Igitur P. Dionysius Petavius omnigena eruditione prædictus, ac præfertim in re Chronologica apri-mè dilaudandus singularem agressus est viam, ut præsentem enodaret difficultatē iuxta dicta in fine sectionis 2. Ab illius tamen sententia discedere ex præadductis cogimus fundamen-tis, ut ex traditis *sect. 4.* Et sequentibus abunde constat; ostensum quippe est, servitutum tempora, etiam quatuor priora includenda esse in annis, qui Judicibus consignantur, vel quibus terra quievisse dicitur, idquod Petavius insiciatur.

2 Secundum verò eiusdem Authoris assertum videlicet, intervallum ab Exodo ad Templi conditum, annis definiendum quin-gentis vigenti; ita ut ad summam illam, quę 3. *Regum. cap. 6.* expressa videtur, quadraginta tamén adiunganur anni; hoc inquam re-i-ciendum venit primò; quoniam si quatuor ser-vitutum priora tempora ab annis Judicum se-parentur, conficitur summa quinquaginta triū

trium annorum. Patet, nam prima servitus Mesopotamica, *Judicum cap. 3. vers. 8.* fuit octo annorum: secunda Moabitida, *Judicum cap. 3. vers. 14.* perduravit annos decimocto: tertia Chananitida, *Judicum cap. 4. vers. 3.* fuit annorum viginti: quarta sub dominio Ma-dianitarum, *Judicum cap. 6. vers. 1.* fuit anno-rum septem. Porrò autem ex his intervallis colligitur summa annorum 53. totidem ergo, nec præcisè quadraginta, ut vult Petavius, ad-dendi erunt summæ annorum, quę habetur 3. *Regum cap. 6.*

3 Secundò, quia ut constat ex diagrammate ab eodem Petavio descripto, *lib. 9. cap. 33.* Josue præfuit annis quatuordecim, & deinde Seniores alijs decem ante primam Israelita-rum servitutem; quamobrem, si alijs 53. ad-dideris annos 7. quos addit P. Petavius præ-fecturæ Josue, & Seniorum suprà 17. quos cum communi sententia tribuendos censui-mus, fient anni 60. vtique addendi nume-ro annorum, de quibus 3. *Regum cap. 6. vers. 1.*

4 Quòd si ex eodem Petavio, *diēto cap. 33. §. his velut fundamentis,* dixeris, 40. tantum annos esse addendos sumæ prædictæ; quoniam Heli Judici non 40. anni sunt adscri-bendi, ut frequens fert sententia, sed 20. tantum & propterea ablatis 20. ab illo numero anno-

rum 60. subremant 40. qui adiungi debent annis in eo cap. 6. lib. 3. Regum assertis.

5 Quæ supputandi ratio probatur à Petavio ex eo quod 70. Interpretes, vt in Chronico testatur Eusebius, & Sixtiana editio fidem facit, 20. tantum annos imputent Heli, vtque hanc lectionem Hebraicæ, & Latinæ, conciliet Petavius, Samsonis tempore, inquit, iudicasse Heli; ita nimisum, vt ambo diversis in Provincijs Judiciariam illam administrationē exercuerint, vel potius ita, vt quod Samsonē Scriptura refert, iudicasse Populum, nihil aliud sit, quam ad Deum vindicandum, ac tuendum, Philistæos oppressisse, & in illos cedibus, ac populationibus eferbuisse; eamque annorum Samsonis, cum Heli administratione implicationē protegit Petavius auctoritate Masij Commentario in caput ultimum Josue, vbi de Samsonे sentit, nunquam illum Israelitis imperasse, eiusque vicepos annos totidem Heli prioribus accensendos.

6 Quæ existimatio stabiliti potest auctoritate D. Chrysostomi lib. 3. contra vituperatores vité Menaphicæ, vbi ait: Heli annos 20. iudicasse; idem habet Severus Sulpitius, & Comestor lib. 5. cap. 6. dicens in Paralipomenon haberi, Heli iudicasse Israelem 20. annis, idem placitum Syncellus, apud Scaligerum, refert ab Africano esse acceptum.

Ve-

7 Verumtamen si id quispiam dixerit, refellendus veniet, quoniam in Sacra Pagina dissertè habetur, Samsonem iudicasse Israeliticum Populum, nempè Judicum cap. 15. finè, de illo afferitur, iudicavitque Israel in diebus Phylis̄t̄im 20. annis: idem legitur in calce cap. 16. nec solum in editione Vulgata, verum etiam in alia 70. Interpretum, & in Paraphrasi Chaldaica idem firmatur: vnde Genebrardus lib. 1. sua Chronologie: Miror, inquit, Masiūm doctissimum Josue Interpretem maluisse ex pungere Samsonem de numero Judicum, & eius 20. annos, quibus iudicasse Israel memoratur, ascribere dimidiato Pontificatus Heli, quam in ceterorum Chronographorum sententia, aut potius Scripturæ verbis permanere, Judicum 16. fortasse voluit partim redundantem Judeorum traditionem de 28. annis Josue, partim corruptam Græcorum editionem tueri. Ita Genebrardus.

8 Secundò Heli iudicasse Israelem annis 40. traditur expressè lib. 1. Regum cap. 4. vers. 18. in editione Vulgata, & licet in 70. Interpretum codicibus, tum vetustis, quemadmodum testatur Eusebius in Chronicis, tum recentioribus, Romæ anno salutis 1588. latine editis, legamus, Heli iudicasse Populum 20. annis; alij eorundem 70. Interpretum codices græci, excussi habent annos 40. vt tel-

316 Chronolog. dissert. tertia
testantur Scholia, quæ super eadem editione Latina Sixtiana habentur; & quidem verè esse in textu tum Græco, tum Latino eorundem Interpretum in Biblijs Regijs, & Cömplutensibus, & ibidem in Chaldaica paraphrasi, nec non apud Josephum in calce lib. 5. antiquitatum.

8 Idcircò correctiores eo loci merito arbitramur esse illos codices 70. Interpretum, qui cum editione Vulgata concordant, eoque cunctis alijs esse præferendos, & iuxta Vulgatam editionem emendanda potius est quælibet alia translatio; præcipuè iuxta Sacro-sanctæ Tridentinæ Synodi Decretum.

9 Tum quia ita habetur in Hæbreo fonte, & consimiliter legant Josephus lib. 5. Antiquitatum cap. 14. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum capit. 11. Theodoretus quest. 12. D. Gregorius, D. Isidorus, Beda, caterique Interpretes communiter, & inter Recentiores præcipuè P. Franciscus de Mendoza lib. 1. Reg. cap. 14. vers. 18. in expositione litteræ num. 12. quibus assentiuntur Chronologi, Eusebius, Sabelius, Genebrardus, Cardin. Belarminus, Gordonus, Torniellus anno ab Orbe condito 2880. & 4. etatis 337. num. 1. necnon anno ab Orbe condito 2900. 4. mundi etatis 397. num. 1. P. Salianus tom. 3. anno mundi 2939. num. 28. & in Scholijs ad eundem annum num. 5.

Quæ

Elevata alia, &c. Sect. 10.

317

10 Quæ communis, & recepta sententia fulcitur, quoniam si Scriptura vellet in annis 40. Heli comprehendere anno 20. Samsonis, non prius in lib. Judicum expresisset annos Samsonis: satis quippè fuisse, eos mox in annis Heli includere. Imò quia eos signanter, loco proprio exprefserat, signum est, quod noluit, eosdem postea cum annis Heli coniungere. Secundò, quia ea annorum implicatio, & repetitio Sacra, horum temporum Chronologiam confunderet, quoniam eodem iure posset afferere quispiam, annos 40. Othonielis in illis 80. Aod fuisse computatos, & sic de alijs: undè tota confunderetur temporis ratio.

11 Deindè P. Petavius, qui Masij authoritate vult protegi, ab illo quodammodo, vel invitus recedit; quoniam dicto lib. 9. cap. 33. & in diagrammate, Judicem Samsonem computat, & collocat, tribuitque ipsi Judicatæ dignitatis annos 20. cum tamen Masius ab albo Judicem Samsonem expungat, existimetque nunquam illum Israelitis imperasse. Uerùmenimverò, cum Scriptura Sacra semel, & iterum, nempè cap. 15. & 16. de Samson afferat iudicasse Israelem, nemo poterit id in dubium revocare, nec dicere audebit, nusquam in Sacris litteris haberi, quod Samson ullo Priucipis officio functus fuerit, vt Masius con-

ten-

tendit; & quidem, quod iste Israelitarum Dux in omnimodam libertatem Populam sibi commissum adducere, non potuerit, minime argumento est, ut ipsi Judicis, & Ducatus dignitas denegetur.

12 Quod si Masij Authoritatem tantum estimat P. Petavius, quare ipsi adhære certe renuit in retinenda summa annorum 480. ab Exodo ad Templum, quam Masius observat. Omnibus igitur perpensis conficitur, Samsonem Judiciaria potestate verè functum fuisse, & 20. annos huiusc Principatus esse illi consignandos, distinctos vtique à 40. annis Heli Judicis afferendis, in consimili dignitate; quod autem dicit Petavius, eodem tempore diversis tamen in Provincijs vtrumque hunc Ducem præfuisse, & iudicasse, divinatorum est; nullibi enim in Sacris Litteris ea Provinciarum divisio Samsonem inter, & Heli habetur, ideoque nec aprobanda est: factū quippè non præsumitur, nisi probetur. *Lege in bello. 12. §. facta ff. de captivi, & post liminio reversis. Lege I. Codice, de probationibus, cap. Cum Joannes. §. bellum, de fide instrumentorum, & frequentè notant vtriusque Juris DD.*

13 Vnde si quatuor priora servitutum tempora à Judicis annis non separantur, denturque Josue, & Senioribus anni 24. vt

P. Petavius vult, debet ipse addere annos 60. & non præcisè 40. supra numerum 480. annorum, quem tradit textus lib. 3. Regum cap. 6. v. 1.

14 Reliqua autem Petavij fundamenta potiora non apparent, asserit ergò hic Autor, Exitum ex Ægypto tempus illud interpretandum, quo Israelitæ traiecto Jordane Chananæ possessionem adierunt, tunc enim perfectè ex Ægypto migrasse, & exire desississe putandi sunt, cum ad itineris metas, terminumque pervenerunt; quam expositionem potiorem existimat Petavius, quia in ipso egrediosis vocabulo solam quadragenariam in deserto peregrinationem, vel ex Ægypto, Arabiam, & interiectas Ægyptum inter, & Chananæam Regiones intelligit. Ita tamen opinionis huiuscemus commendatio exigua, & infirma est, durioribus quippè illa laborat difficultatibus, vt ex supra dictis conspicitur; cogitur enim Petavius, vel à Judicum Fastis Samsonem reiçere, vel Heli annos 20. Judicariæ dignitatis auferre. Fatenur ergò exitum, & egressionem ex Ægypto aliquando in Sacris Litteris sumi pro toto tempore illo annorum 40. quo Israelitæ in deserto peregrinabantur, vel pro aliqua illius peregrinationis, ac temporis parte, vt cernere est cap. 4. Deuter. commat. 45. & 46. nec non Psalm. 113.

verum id ideo contingit, quia ipsa rerum series, & narratio illas voces sic intelligi postulat; cum enim eo cap. 4. Deuteronomij, & in illis versibus 45. & 46. expresse dicatur, testimonia illa Domini loquatum esse Moysē ad filios Israel, quando egressi sunt de Aegypto trans Jordanem, quod planè paulo ante Chananę ingressū accidit propterea egressio ex Aegypto sumi non potest pro illo primo anno Iudaicorum peregrinacionis, & ab Aegypto exitus.

25 Hand aliter evenit in predicto Psalm. 113. in quo Regius vates enarrat mirabilia, quæ Israelicō Populo in deserto Dominus induxit; quamobrem exitus Israhel venit intelligendus de tempore, quo ea miracula patrata fuerunt, verba enim debent intelligi iuxta subiectam materiam, quam preceptionem, ut sacra interpretentur eloquia, nobis tradidit Innocentius III. cap. Solit. de maiestate, & obidien. ubi Summus Pontifex scribens Constantiopolitano Imperatori, perperam accipienti verba D. Petri epist. 1. cap. 2. nemp̄, subditi estote omni humanae creaturae si- ve Regi, ut precellenti ait Alexander Papa; si personam loquentis, & eorum ad quos loqueretur ac vim locutionis diligentius attendisses scribentis, non expressissimes taliter intellectum scriberebat enim Apostolus subditis suis, & eos ad hu-

militatis meritum provocabat. Pergitque ostendens, quod si secus accipiuntur Apostoli verba, sequeretur, quod etiam servus quilibet in Sacerdotes imperium accepisset, cum dicat Divus Petrus, omni humanae creaturae subditus fio. Tum sic: ergo quia ex subiecta materia significationem verba accipiunt, & ea propter exitus, & egressio de Terra Aegypti in precipitatis locis latè venient interpretanda.

26 Ceterum in cap. 6. lib. 3. Regum cum nihil habeatur, ex quo modificanda, seu amplianda veniat vox egressio, seu clausula illa egressionis filiorum Israhel de Terra Aegypti, debet profecto illa accipi in proprio sensu; quoniam verba intelligenda sunt secundum propriam significationem, à qua non est receundum, cap. ad Audientiam de Decimis. Leges Non aliter de legatis 3. Cardin. Tuschus tom. 8. litera V. conclusione 91. & Cardin. Manistica, de connecturis lib. 8. tit. 18. num. 35. propria autem significatio istius vocis egressio non comprehendit tempus peregrinationis post egressum de Terra Aegypti, & per Regionem Aegyptum inter, & Chananę.

27 Id quod stabilitur ex sensu eorumdem verborum, qui non semel conspicitur evidenter in Sacris Libris, ut videre est Exodus cap. 16. vers. 1. ubi dicitur: Et eruit annis

322 Chronolog. dissert. tertia.
multitudo filiorum Israhel in desertum Sin, quod
est inter Elim, & Synai, quinto decimo die men-
sis secundi, postquam egressi sunt de Terra Aegypti. En egreisio de Terra Aegypti non accipi-
tur pro fine quadragenariae peregrinationis per desertum, & multò minus pro ingressu in Chananęam, sed sumitur pro primo ipso
exitu de Terra Aegypti, & eodem cap. vers. 6.
ita habetur, dixeruntque Moyses, & Aaron ad
omnes filios Israhel: vespere scietis, quod Domi-
nus eduxerit vos de Terra Aegypti, & manè vi-
debitis Gloriam Domini: nempē Man, eodem
enim cap. vers. 32. iussi Dominus Man servari
in futuras generationes, hanc exhibens ra-
tionem, nempē, ut noverint panem, quo
alii vos in solitudine, quando educiti estis
de Terra Aegypti, at panis iste datus fuit Popu-
lo, mense secundō ab egressu de Terra Aegypti,
ut eodem cap. constat: ergo quia tunc
verē, & simpliciter verificatur exitus, &
egressio de Aegypto. Concinunt cap. 18. vers.
1. nec non caput 19. vers. 1. & cap. 20. vers.
1. eiusdem libri Exodi, quibus in locis exitus,
& egressionis filiorum Israhel de Terra Aegypti
fit mentio, & tamen res gestae, & in ei-
dem locis prolatæ intra tertium mensē pri-
mi anni eiusdem exitus evenerunt.

28 Cæterum peremptoria magis ad-
versus Petavium nobis suppetit ratio, ceduc-

Elevat alia, &c. Sect. 10. 323
ta videlicet ex Chronologia obitus Aaton, pro-
vt scribitur Numerbrum cap. 33. commate 38.
hisce verbis, Ascenditque Aaron Sacerdos in
Montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus
est, anno quadragesimo egressionis filiorum Israhel
ex Aegypto, mense quinto primo die Mensis,
cum esset annorum centum viginti trium; Ex quo
Sacro Textu in hunc modum dissero, Aaron
mortuus est anno 40. egressionis filiorum Israhel
ex Aegypto; sed egressio ex Aegypto
tempus illud intelligendum venit iuxta Peta-
vius, quo Israhelitæ Chananęam possessionem
adierunt: ergo Aaron obiit anno 40. post
quam Israhelitæ egressi sunt Chananęam.

29 Hoc vtique consequens licet les-
gitimè deducatum appareat ex Petavij inter-
pretatione, falsum tamen est, & Sacrae Scripturæ
contrarium; Aaron quippè, & illius
frater Moyses ingressi non fuerunt terram
Israhelitum promisam; vt inclaret ex lib.
Numer. cap. 20. vers. 12. vbi sic habetur: Di-
xitque Dominus ad Moysem, & Aaron, quia
non credidistis mihi, et sanctificaretis me coram
filii Israhel, non introducetis hos Populos in ter-
ram quam dabo eis.

30 Tum quia Moyses mortuus fuit
post Aaronom; & tamen Moyses Chananęam
ingressus non fuit, vt patet ex Deuteronomij
cap. 32. vers. 49. vbi Dominus iussit Moysi

ascendere in monte Abarim, id est transitum, in monte Nebo, qui est in terra Moab contra Jericho, & ait Dominus Moysē: *vide terram Canaan quam ego tradam filiis Israel obtinenteram, & morere in monte, quem consenserens iungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis, quia prevaricati estis contra me in medio filiorum Israel ad aquas contradictionis in Cades deserti Sin.*

31 Quod si obiter inquiras, quānam fuerit hac incredulitas, & quoniam peccatum Mosis, & Haronis? Respondeo, omissis alijs placitis, secundūm probabilitiores sententias; quarū prima ait peccatum in eo stetisse, quod locutus est Moyses non petrē, vti iussicerat Dominus, sed Populo eum obiurgando, & exasperando, vocans eum incredulūm, & rebellem: vnde Populus irritatus, licet videns tantum miraculum aquarum, non sanctificavit tamen Dominum, cum laudando, eique gratias agendo. Ita Theodoretus, Oleaster, Liranus, & Illustrissimus Abulensis; non enim credibile est, quod Moyses, & Aaron de Dei virtute dubitaverint, cum toties eam in tot portentis essent ex erti.

32 Secunda sententia inquit, peccatum istud fuisse, quod Moyses (idemque intelligendum venit de Aarone) planè senescens

cens (senes enim facile concitantur ad bilem, impatentiam, & fūlidentiam, & pusilanimitatem) irritatus æquè, ac deictus, ac perturbatus novo, & insolito murmure Populi (hactenus enim ab anno secundo exitus ex Ægypto usque ad annum 40. quo hæc gesta sunt, nullum Populi murmur legimus) dubitanter petram percussit, non quod dubitaret de Dei potentia, aut fidelitate in se; ipse enim ex fidei zelo incredulitatem Populi hic arguit, atque in multò maioribus portentis, à se editis, adeoque in simili percusione petrē in Raphidim, Deo crediderat. *Exodi 17. vers. 6.*

33 Sed quod Populum tam rebellē, Deumque ita irritantem, indigrum iudicaret, hoc miraculo, ac proinde dubitaret, an illud Deus esset saclurus? Et an id absolute promississet, vel conditionatè, si videlicet Hebrai cessent murmurare, & credart, Deum ex petra daturum aquas? Jam vetē videns eos incredulos, dubitanter petram percussit, id quod significavit dicens: *audite rebelles, & increduli, num de petra hac vobis aquam poterimus dicere..* Ita docent S. Augustinus *quaest. 19.* Rabanus, Rupertus, Cajetanus, Cornelius Titinus, & alij.

34 Notandum tamen, verosimilius esse, Mosem, & Aarōnem ex nimia perturbatione non nisi venialiter, in prædicto eventu,

peccasse: ita D. Augustinus, & plerique DD. apud Tirinum edocent: morte tamen iuisse hanc culpam, quod dissidentia de Deo, & scandalum proximorum in Prælatis, quantumcumque per accidens sint exilia, & levia, ob alias circumstantias, per se tamen, & ex se sint valde noxia, & iniuriosa Deo. Ita Tirinus in cap. 20. *Numerorum*.

35 Ad nostrum verò redeentes scopus, primò liquidum sit, Aaronem mortuum iuisse anno 40. egressionis filiorum Israel ex Ægypto, *Numerorum* cap. 33. secundò id egressionis tempus computari debere à primo anno. quo Israelitæ peregrinari cœperunt, egressi de Ægypto, vt patet etiam ex cap. 20. *Numerorum*, simul cum cap. 33. vers. 38. ibi: Ascenditque Aaron Sacerdos in montem Hor, iubente Domino: & ibi: mortuus est anno quadragessimo egressionis filiorum Israel ex Ægypto.

36 Vnde tertium eluet consecutarium videlicet, dum in sacro lib. 3. *Regum* cap. 6. eodem verborum tenore fit mentio egressionis filiorum Israel de Terra Ægypti, numerantur que anni 480. usque ad Templi fundationem, initium huiusc periodi sumendum quoque esse ab illo primò quadragenaria peregrinationis anno.

SECTIO XI.

Plura alia circa tempus Principatus Heli placita refert, obiterque refellit.

¶ **P**rimum sit quorundam apud Magistrum Historiæ Scholasticæ, dicentium, viginti annos Heli concurrere cum viginti annis Samuelis: ita, vt solus dicitur Heli 20. annis, at cum Samuel 40. iudicasse. Sed oppugnatur cum Samuel iudicando nunquam concurrerit cum Heli, sed cum Saule, vt infrà magis dilucide patebit, potius igitur annis Saulis, quam Heli annumerari debent anni Samuelis.

2 Secundò idem Magister Historiæ, & Naclerus dicunt, 20. annis qui post Samsonem sine Judice fluxerunt, aggregandos 20. annos, quibus Heli iudicavit. Sed contra primò; nam Samson iudicavit annos 20. vt ostensum suprà ex *Exod.* cap. 16. fine, at licet admittamus illam annorum 20. anarchiam usque ad initium Principatus Heli, si huic 20. solum consignentur anni, nihil nostra officit sententiæ, & chronologiæ, que Heli Ducatum, & quadragenariam Judicis dignitatem orditur à vigesimo anno Samsonis exacto.

3 Secundò quia id Anarchiæ post Samsonem, de quo *Judicum* 17. vers. 6. & *Judicum* 18. vers. 1. nec non *Judicum* 21. num. 24. probabilius est non post Samsonem, sed inter Josue, & Othonielem incidisse, vt mox inclarescat. Tertiò, quia illud temporis intervallum non constat, fuisse annorum 20. nec ad tot annos potuisse pervenire, communiter assentitur.

4 Tertiò dicunt alij, Heli habuisse duplēm dignitatēm. Pontifitiam 20. annis, vt dicit 70. Interpretes, & Judiciariam 40. vt loquitur Vulgata. Sed contra, quoniam vtraque lectio de Judiciaria agit dignitatē: non possunt igitur ea ratione comprobari: ipso Theodoreto catus asserit, Heli vtramque dignitatēm 40. annis administrasse; quæ sententia est communis apud P. Salianum, anno Mundi 2900. Praterquamquid semel concessō, quod Heli 40. annis iudicaverit, nostra consistit sententia.

5 Quartò inquit P. Mendoza lib. 1. *Regum*, cap. 4. num. 18. in expositiōne litterali. §. 13. si divinare licet, dici posset: Heli 20. annos per se solum, alios 20. etiam per filios, in quos magna ex parte suum exoneraverat munus, iudicasse. Vel etiam 20. annos à filiorum pravitate incorruptum præfuisse, alios 20. ab eorum malitia abruptum Ren. p. non

tam gubernasse, quam precipitasse: & Vulgatam de toto tempore locutam; 70. vero Interpretes de illo tantum tempore, quo solus, vel incorruptus administravit. Ceterū hæc asserere, cum artiolari sit, vt ipse Mendoza non diffitetur, prætermittenda veniunt; his tamen datis, sed incopcessis, cum idem 40. annorum intervallum sub Heli *Judice* superfit, in concusa quoque permanet nostra sententia.

SECTIO XII.

*Num Anarchia, de qua *Judicum* cap. 17. vers.*

6. & *Judicum* 18. vers. 1. necnon *Judicum* 21. vers. 14. inter Samsonem, & Heli evenerit, vel inter Josue, & Othonielem inciderit?

1 Ego *Judicum* cap. 17. vers. 6. in hunc modum habetur: In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur hoc faciebat, & cap. 18. vers. 1. In diebus illis, non erat Rex in Israel. Et cap. 21. vers. 24. consimiliter asseritur: In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

2 Circa quæ verba , & de his , quæ in præfatis capitibus narrantur , dubitationis est , ad quod tempus veniant referenda ? Et prima Rabbinorum sententia apud P. Cornelium docet : hæc accidisse sub Josue adhuc vi-
vente , sed præ senio languente , nec Idololatris obſiſtente. Secunda sententia Rabi Ras-
ki , & Seder olam hæc collocat sub Othonie-
le : alij etiam Rabini aiunt , contigisse sub Aod ,
secundò Judice.

3 Tertia sententia Rabi David , &
Kimi afferit : hæc evenisse post Samsonis mor-
tem , ita ut inter Samsonem , & Heli fuerint
tempora media , in quibus exarata in præcita-
tis locis contigerint , præsertim quod dicitur
de Idolo Michæl cui opinioni adhærent Arias
Montanus , necnon P. Serarius quæſt. 14. cum
plerisque novatoribns , adnotante P. Tirino in
cap. 17. *Judicum*.

4 At potior censenda quarta sen-
tentia , dōcens Anarchiam , de qua in præfatis
capitibus , referendam ad tempus post Josue
ad Othonielem , Idololatriamque , in eisdem
locis narratam , contigisse paulò post mortem
Calebi , & Seniorum , qui Josue cap. ultimo
vers. 31. post Josue dicuntur multò vixisse
tempore. Sic tenet Josephus lib. 2. cap. 5.
Nicolaus de Lira in hoc caput 17. *Judicum*,
Illust. Abulensis eodem cap. quæſt. 1. & 16. Ma-
sius

sus in caput 19. Josue vers. 47. perdoctus d
Ribera comment. in *Oseam* cap. 10. Cornel. à
Lanide in caput 17. *Judicum* Tirinus eodem cap.
Torniellus tom. 1. an. 51. 4. Mundi etatis Sa-
lianuſ tom. 2. an. Mundi 2622. num. 12. nec dis-
ſentitur P. Petavius lib. 9. cap. 33. vbi in suo
diagramate periodi ab exitu ad *Templum Salo-
monis* ex vera Chronologia , vt ille inquit , inter
Samsonem , & Heli nullum agnoscit interreg-
num. Huic ergo subscribo sententiae.

5 Et ut eam confulciam præmitto ,
quod in præallegatis locis lib. *Judicum* , dum
aſteritur ; eo tempore non erat Rex in Israel
& uniusquisque quod ſibi rectum videbatur ho-
faciebat , vniuersaliter id accipiendo est , hoc
est non ſolum de Rege propriè accepto , ſed
etiam de Judice , ſive Duce , Princepē , aut
Rectore , qui posset delinquentes punire ; ſic
etiam uſurpatur nomun Regis , *Judicum* cap.
9. vers. 22. vbi dicitur , Abimelech regnasse
ſuper Israel , hoc est , iudicasse Iſraelitas ; &
Math. cap. 2. vers. 22. dicitur quod Archelaus
regnabat in Iudea , cum tamen revera , nun-
quam Regis titulum à Caſare potuerit obtine-
re , vt notat Torniellus an. 51. 4. etatis P.
Maldonatus commentario in illud caput 2. *Ma-
thet* ; tum quia , vt optimè animadvertit Il-
lustr. Abulensis , Quæſt. 1. in caput 17. *Judicum* ,
ſi ſolū diceretur in littera , quod in diebus
illis

illis non erat Rex in Israel, posset quidem stare opinio profundam Hebræorum, apud Nicolaum de Lira in præsenti dicentium, eas res gestas fuisse sub Othoniele; cæterum id nequit congruenter accipi; quoniam non solum dicitur, quod non erat tunc Rex in Israel, sed in super additur, quod quilibet, quod si bi rectum videbatur, hoc faciebat: in quo non solum excluditur tunc fuisse Règem, sed etiam fuisse Rectorem aliquem, qui posset, delicta corrigeret, & punire.

6 Quod autem Nicolaus de Lira inquit, videlicet, Judices non habuisse potestatē corrigiendi, falsum omnino est, primò quia Judicum potestas à Regum potestate non differebat, nisi penes ea, quæ habentur 1. *Regum cap. 8. vbi ius Regum præscribitur suprà potestatem Judicum, præcipue in imponendo tributa, & accipiendo aliquid de bonis Israelitarum, quæ Judices efficerent, non poterant; at ius habebant convocandi Populum, corrigendi vitia, & causas iudicandi, iuxta ea, quæ initio huiusc dissertationis diximus, præfertim ex P. Salianio, & Petavio lib. 9. cap. 33.*

7 Secundò quoniam aliter politia, & gubernatio inordinatissima fuissest inter Hebreos; cum nullus esset, qui prohibere posset vitia, nec malos punire. Tertiò quia Judices Principatum habebant, ut patet de Jeph-

Num Anarchia, &c. Sect. 12.
te *Judicum cap. 11. vbi super ipsos Populi Principes Principatum Jephthæ obtinuit.*

8 Quarto quia 2. capite *Judicum*, dicitur quod tempore, quo ob mortem Judicis deerat Dux, seu Judex in Israel, Populus declinabat ad Idola, & cum alias excitabatur Judex, tempore illius, Israelitæ colebant Dominum; id quod non accidisset, nisi Judex haberet potestatē corrigendi Idololatras. Quintò quia si verba illa, *In tempore illo non erat Rex*, acciperentur præcisè de Rege in sensu proprio, esset clausula omnino superflua, quia manifestum erat, quod in tempore isto, non erat Rex in Israel, penè eam propriam acceptiōnē, non enim fuerunt Reges apud Israelitas, usque ad Saulem, ut in lib. 1. *Regum* patet; ea autem quæ in libro isto habentur, facta fuerunt tempore *Judicum*: ergo superfluum esset, hic dici, quod non erat Rex in Israel; atque adeo necesse est, quod in prædictis locis Rex accipiatur etiam pro Judice, aut Rectore quocumque.

9 His prælibatis, quod verba illa, *eo tempore non erat Rex in Israel*, non sint referenda ad tempus post Samsonem, probatur primò, quoniam Michæ Idolum, de quo *cap. 17. Judicum*. Et captio Virbis Lais, facta à filiis Dan, quæ refertur *cap. 18. eiusdem, lib. eiusdem*, ve-

venientes in domum Michæ , rapuerunt inde Idolum , & duxerunt illud in Lais Vrbem, quam ceperunt , vt dicitur cap. 18. præcato.

^{Jud. Cap.}
18. v. 30.

10 Rursus ex eodem cap. constat, quod Danitæ ipsi avulserunt Jonatan Sacerdotem Michæ , & constituerunt eum Sacerdotem in Urbe Lais. Iste autem Jonatan erat filius Gerson , & nepos Moysis ; at Moysis nepos in vivis esse non poterat tempore Samsonis: ergo quia res gestæ dicitur cap. 17. & sequentibus, evenire non potuerunt post Samsonem.

11 Probatur quia Gerson filius Moysis genitus fuit ante exitum de Ægypto , vt patet Exodi , cap. 2. vers. 22. simul cum cap. 3. ¶ eiusdem lib. vt animadvertisit Abulensis cap. 17. *Judicum*, quest. 1. necnon P. Salianus anno Mundi 2538. num. 1. cum alijs communiter. Ab exitu autem ex Ægypto usque ad finem Ducatus Samsonis iuxere anni supra trecenti quinquaginta : quamobrem etiam si Gerson anno septuagesimo suæ etatis genuisset filium suum Jonatan , esset iam idem Jonatan annorum ducentorum octoginta, quando constitutus fuit Sacerdos in Vrbe Lais, si id evenit post Samsonem ; quod vtique omnino falso est; ea quippe ætate Samsonis , ferè iam nullus ad centenarium annum accedebat , vt Sapientissimus Abulensis notat: igitur prædicta Anarchia

Num Anarchia, &c. Sect. 12. 335
referri non potest ad tempus subsequens Samsonem , sed ad præcedentia tempora revocanda est.

12 Id quod secundò ostenditur, quia delictum , quod filij Belial perpetrarunt contra concubinam levitæ , vt refertur cap. 19. *Judicum*, contigit vtique , antequam Jerusalem capta esset ab Israelitis ; puer quippe levitæ cum ad eum dixisset , quod declinaret in Jerusalem , levita respondit , se nolle illuc declinare , quia erat civitas alienorum , Iebusæorum nempè , atque adeò nondum ab Israelitis capta ; at Jerusalem expugnata fuit , paulò post mortum Josue , vivente Caleb , vt patet cap. 1. *Judicum*: ergo prælibatum scelus commissum fuit ante Othoniem ; sed aliunde contigit tempore illo , in quo dicitur , non fuisse Regem in Israel , vt patet ex cap. 20. ergo id temporis non est referendum ad illud quod fluxit post Samsonem.

13 Tertiò quia eodem illo tempore , erat Sacerdos Dei in Silo, Phinees filius Eleazar , filij Aaron , vt patet *Judicum* cap. 20. vers. 28. tum insuper pugnabant Israelitæ contra Gabaa propter scelus in levitæ concubinam perpetratum, vt ex prædicto cap. 20. inclarescit : igitur hoc prælium contigit paulò post mortem Josue. Probo consequentiam: Eleazar

Sunimus Sacerdos, filius Aaron, mortuus fuit eo ferè tempore, quo mortuus fuit Josue, ut colligitur ex lib. *Josue, cap. ultimo*, vbi num. 29. asserta Josue morte, statim num. 33. dicitur, *Eleazar quoque filius Aaron mortuus est*: Huic autem Eleazaro in Sacerdotio succedit Phinees, filius eius, ut habent 70. Interpretes in Aldina editione, tum Romana, & Basileensi: & Phinees (inquit) *Sacerdotio functus est pro Eleazaro patre suo donec mortuus est, & sepultus in Gabaath, Civitate sua*. Hæc ibi, quæ Matius quoque habet, sed adiectitia putat ex tententia Paraphrastes. Cæterum non ideo falsum id esse centendum, communis fert sententia apud Illustris. Abulen. *cap. 17. judic. quæst. 1. & P. Salianum*, anno Mundi 2601. num. 7. deduciturque ex sacro Textu penes Vulgatam editionem.

14 Vnde si Phinees Sacerdotio fungeretur post Samsonem, annos ageret supra 300. quoniam ultimo anno, quo Israelitæ steterunt in deserto, videlicet quadragesimo anno ab exitu ex Ægypto, Phinees, filius Eleazari, filii Aaron occidit Zambri Principem Tribus Simeon, ut dicit liber *Numeri cap. 25. vers. 7.* igitur cum zelo Gloriæ Dei id fuerit agressus, & propterea ipsi, & filiis eius promiserit Dominus Sacerdotium, profectò tunc temporis esse debebat annorum 25. ut id aggredi posset.

set. Tum quia eodem illo anno fuit Phinees cum Josue Dux contra Madianitas, ut patet ex eodem lib. *Numer. cap. 13.* quamobrem Phinees nasci debuit anno 15. post introitum Israelitarum in desertum, vel ab exitu ex Ægypto: ergo cum ab hac egressione usque ad Sansonis obitum fluxerint anni 364. demptis annis 14. si Phinees Sacerdotio fungeretur post Samsonem, ageret tunc annos 350. id quod afferere, ingens esset absurdum: Conficitur ergo ex dictis, quod ea, quæ habentur *cap. 17. usque ad caput 21.* huius libri *Judicium* non potuerunt evinere post mortem Samsonis, sed potius referenda ad tempus inter Othonicem, & Jo-
sue.



SECTIO XIII.

Elevat objectiones.

I Ppones 1. litterę continuationē; quia tempus capitū 17. subsequitur tēpus eorum, quæ narrantur cap. praecedēti, in cuius fine habetur historia obitus Samsonis: ergo quia post Samsonem evenerunt ista, quæ *capit. 17.* & sequentibus, referuntur de Idolo Michæ, & de scelere pérpetrato contra Levitam, eiusque vxorem, & alia; numquam enim receundum ab ordine litteræ. Confirmatur: quia initio *capitis 17.*, dicitur, *fuit eo tempore et ipsi quidam de monte Ephraim, nomine Michas, &c.* Istud autem relativum oportet, vt ad praecedentia referatur, & ad immediate dicta; alioquin fieret incerta relatio: sed immediate ante hoc fuerat dictum de Samsone, & eius obitu: ergo quia post Samsonis mortem ista evenerunt.

2 Respondeo, quod verba, & sententiæ Sacrae Scripture non semper referenda sunt ad proximè praecedentia, sed subinde ad remota, quæ longius ante præcesserunt. Exemplo iit quod dicitur *Cantic. 1. Nigra sum sed formosa, sicut Tabernacula Cedar, sicut Pel-*

les Salomonis; vbi Tabernacula Cedar non possunt connecti cum *formosa*, erant enim ipsa deformia, vt potè esset adusta, nigra, & foeda, sic ergo hæc connecti, & exponi debent, iuxta P. Cornelium: nigra sum sicut Tabernacula Cedar, cum hoc tamen simul formosa sum sicut pelles Salmonis vermiculatæ, & regiae, & quod universem non debeat attendi ad ordinē Scripturæ, sed prout res ipsæ postulant, tradit velut Canonem, ad Sacrae Scripture intelligentiā idem P. Cornelius in Pentateuc. *can. 13.* & in proemio ad epist. Pauli *cap. 3.* inquit: *Apostolus ergo sensu, & rebus turgidus ad verba, & synaxim non aequè respicit, sed multa commiscet, inserit, inviat:* Eademque fuit adnotatio tradita a D. Gregorio, *lib. 4. Moral. cap. 28.* ad illud *capitis 4. Job, fine: Quis autem reliqui fuerint auferrentur ex eis: morientur, & in superbia.*

3 Idem inter alios docent Ruizius, Abbas Sancti Facundi de Regulis Scripturæ, regul. 86. Stapletonus, tom. 1. controv. 1. part. controv. 6. lib. 1. P. Richardus Lincæus lib. 1. de locis theologicis, tract. 8. de sensibus Sacrae Scripturæ, cap. 1. num. 6. & tandem ad stipulantur omnes AA. Chronologi, & Expositores Sacri, quos suprà pro nostra sententia laudavimus, dum afferunt, Anarchiam, de qua in his *capitibus 17. & sequentibus lib. Iudicium*, cum re-

bus gestis , in illis descriptis , referendam ad tempus inter Josue,& Othonielem.

4 Signanter verò Illust. Tostatus ⁱⁿ
saput 27. *Judicum quæst.* 1. fine, vbi inquit: dicendum quod sèpè Sacra Scriptura utitur anticipatione , & recapitulatione, sicut patet in multis locis , & verum est, quod nunquam est recedendum ab ordine litteræ , nisi ex causa manifesta , quæ cogat : & tamen , hic est talis , vt probatum fuit suprà . Ad secundum , quod istud relativum , fuit *et tempore*, non refertur ad immediata , sed refertur ad omnia , quæ continentur in toto isto libro: quasi dicatur , quod dum siebant ea , quæ narrata sunt in isto libro suprà , accidit quod dicitur hic de Idolo Michæ ; est verum quod rationabilius erat referri ad immediata de Samsonis morte , si littera toleraret , & tamen non potest stare , quia vt probatum est, necessariò fuit *ante Samsonem* : Hactenus Dominus Tostatus.

5 Fulcitur præterea , quoniam ordo ipse historiæ huiusc lib. *Juicium* poscebat, ne istæ res gestæ , que attinent ad Michæ idolum , & vxorem Levitæ , in præcedentibus capitibus proponerentur ; quoniam obiectum præcipuum libri huius est *Judicum* historia , & ipsorum *Judicum* actus , extra quem scopum collinquant gesta prædicta ; qua prop-

Elevat objectiones. Sect. 13. 341
ter descriptis iam Judicibus , rebusque gestis ab illis , optima methodo hi alij ennarrantur eventus.

6 Præterea historia Ruth pertinet proculdubio ad tempus *Judicum* , & nihilominus proponitur in libro separato post librum *Judicum* : ergo licet historia Idoli Michæ , & perpetrati sceleris contra Levitam , eiusque uxorem referenda veniant ad tempus ante Samsonem , nihil mirum , quod proponantur post Samsonis obitum. Prima assumptio patet ex lib. *Ruth. cap. 1. vers. 1.* vbi dicitur: *In diebus unius Judicis , quando Judices praerantur*, facta est famæ in terra , &c. Quæ continent historiam Booz , & Ruth. Porro eum *Judicem* , cuius tempore hæc evenere , fuisse Barachum existimat Illust. Abulensis in cap. 4. *Ruth. quæst. 90.* cique accedit Torniellus ; P. Salianus an. Mund. 2801. num. 23. & P. Cornelius cap. 1. *Ruth* existimant , fuisse Abimelechum , filium Gedeonis : vnde ante Samsonem contigit quod habetur in libro *Ruth*; cæterum quia , vt suprà dicebamus de Idolo Michæ , hæc Ruthæ historia non attinet ad *Judicum* actus , ideo rectò ordine post ipsorum *Judicum* gesta narratur.

7 Oppones secundò *Josue cap. ult.* & *Judicum cap. 2.* dicitur , quod Israelitæ servierunt Domino toto tempore Josue , & Sc-

niorum, qui longo post vixerunt tempore: igitur Idolum Michæ non potest refiri ad tempus inter Josue, & Othonielem. Tum quia unus de illis Senioribus fuit Caleb: ergo istius tempore dici non potest, constitutum fuisse Michæ Idolum.

8 Respondeatur primò ab Illust. Abulensi, tempore Josue, & Seniorum, Israelitas non coluisse Idola communī, & publico cultu, at occulto, & particulari, aliquos id effecisse, & hujusmodi fuisse cultum Idolo exhibitum in domo Michæ. Et quamvis postea idem Idolum duxit furerit in urbem Lais, & in ea publicè collocatum, ita ut magna pars Tribus Dan ipsum coletet; tamen id contigit paulò ante mortem Caleb, & propterea non potuit, id ab eo impediiri.

9 Respondeo secundò, quod Civitas Lais erat separata nimis ab habitatione cæterorum Israelitarum, ut constat ex cap. 18. vers. 7. & 28. lib. *Judicum*, vbi dicitur, quod hæc Vrbs erat procul à Sydone, & cum nullo hominum habebat quidquam societatis, ac negotium. Et propterea licet cæteri Israelitæ Deum colerent, habitatores tamen Lais colebant Idola, & propter hanc separationem censebantur omnes Israelitæ colere Deū. Id quod fulcitur, quoniam cap. 18. dicitur

Ido-

Idolum Michæ fuisse in Lais tempore, quo Tabernaculum Dei fuit in Silo.

10 Respondetur tertio: Idolum Michæ constitutum fuisse post mortem Josue, & Seniorum, atque adeò post mortem Caleb: cæterum ante quām Othoniel constitueretur Judex, ut præcipuè notat P. Cornelius cap. 17. vers. 1. hoc enim medio tempore constat ex Sacro Textu, ad Idola defecisse Israelitas, ut cernere est cap. 3. *Judicum* vers. 7. igitur stat optimè, quod tunc Danitæ Idolum colerent, illudque primò constitutum esse, quando Rex nullus, nec Judex, erat in Israel.

11 Si enim Seniores illi consiliarij Josue, vel eorum aliquis vixissent, non permisissent Idololatriam publicam in Israel, vel in aliquam tribuum induci: vnde sub ijs Senioribus dicitur cap. 2. vers. 7. quod Israelitæ serviérunt Domino, non solum diebus Josue, sed etiam Seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore: illis autem mortuis, subintroivit Idololatria, cuius origo, & ingressus describitur hoc cap. 17. constructo scilicet Idolo in domo Michæ; obquam Idololatriam Deus illico in Israel missit Chusân Régé Mæsopotamiæ, qui eum aspergeret. Vnde Israel afflitus, paenitensque ab Idolo ad Deum rediit, Deusque missit Othonielem primum Judicē, qui eum à servitute liberaret Chusân,

vt Dic̄tum est cap. 3. vers. 8.

12 Accedit, quod Danitae ideò adi-
runt in civitatem Lais, vt habetur c. 18. quia ab
Amorrhaeis arctabantur in montibus, cum Tri-
bus Juda, Duce Caleb, ac cæteræ Tribus
Chananæos hostes suos debellassent, vt nar-
ratum est cap. 1. vers. 34. vnde Josephus lib.
5. Antiquitatum cap. 2. post mortem Josue, &
bella Caleb, ac pacem à cæteris Tribubus
cum Chananeis initam, statim subiunxit hanc
Danitarum contra Lais expeditionem.

13 Quare Historia horum quinque
capitum, videlicet 17. & sequentium usque
ad finem libri Judicum, recto temporis ordi-
ne præcisè inspecto, ponenda fuisset ante ca-
put 2, scilicet immediate ante vers. 35. capi-
tis 1. Ita observant PP. Salianus, & Cornelius
tum alij, qui expendunt, quod cap. 17. dici-
tur, nempe tunc non fuisset Regem in Israel,
id est Judicem, & Principem, id eoque quem-
libet fecisse id, quod ei libebat.

14 Replicabit quispiam ex Illustris.
Abulensi, hæc contigisse ante Jerusalem ab
Hebreis expugnatam; nam cap. 19. vers. 12.
cum puer Levite dixisset ad eum, quod de-
clinaret in Jerusalem, ille respondit, nolle
se illuc declinare, quia erat Civitas alieno-
rum, scilicet Iebusorum: ergo non dum
erat capta ab Hebreis. Atqui Jerusalem ex-

pugnata fuit, paulò post mortem Josue, vi-
vente adhuc Caleb, vt probatur ex cap. 1.
vers. 8. ergo hæc contigerunt ante mortem
Caleb.

15 Respondetur primò, Jerusalem à
Caleb expugnatam, sed paulò post, rursum
à Iebusæis fuisse receptam; vti & aliæ Vrbis
à Josue expugnatæ rursum à Chananaeis oc-
cupata fuerunt; equè, ac Gaza, Acharon,
& Ascalon, à Philisthaeis, vt patet cap. 18.
Ita P. Cornel. Secundò respondetur, Caleb
vtique Urbem Jerusalem expugnasse, sed
non Arcem Sion; hanc enim diu post expug-
navit David, quare Iebusæi tenentes arcem
dominabantur Vrbi, in qua mixtim habita-
bant Judei, puta Benjaminites, & Iebusæi
vti dissertè dictum est, Judicum cap. 1. vers. 21.
& Josue cap. 15. vers. ultimo. Hac ergo de
causa Levita ille, de quo cap. 19. Judicum, vers.
12. noluit pernoctare in Jerusalem, ne cum
Iebuseis Idololatriis versari cogaretur. Sic
etiam P. Cornelius cap. 19. Judicum 7.

16 Tertiò respondetur, quòd sive
Jerusalem capta fuerit vivente Caleb, sive
postea, id parum, aut potius nihil ad nos-
træ sententiæ scopum referre; quoniam quod
intendimus id est, nempe Anarchiam de qua
cap. 17. & sequentibus lib. Judicum, non eve-
nissee post mortem Samsonis, sed referendam
ad

ad tempus præcedens post mortem scilicet Josue, & ante institutionem Othonielis ; hoc enim posito , stat sententia nostra , & Chronologia supra stabilita ; et si rationabilius apparet , usque ad obitum Seniorum omnium , inter quos Caleb fuit valde commendabilis , sic in cultu veri Numinis Israelitas persistisse , ut Michæ Idolum vivente Calebbo , non fuerit structum .

17 Utque intactum nihil ad prædicta quomodolibet referens , prætermittamus , disquires , quo sensu verum sit , id quod *Judicum cap. 18. vers. 31.* dicitur nempe , mansisse apud eos Idolum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo . In diebus illis non erat Rex in Israel ? Respondeo primò ex Illustris. Abulensi , & alijs AA. pro nostra sententia laudatis , verba illa *in diebus illis non erat Rex in Israel* , referenda ad tempus illud in quo constructum fuit Michæ Idolum , tum ad tempus , quo contigit factum illud , quod narratur *cap. sequenti* circa scelus in Levitam perpetratum , quia eo in tempore nullus præcerat Judex Israelitis .

17 Secundò respondeo , Idolum Michæ tanto tempore permansisse , quoniam licet Judices præfuerint , & Populum ab Idolatria cohibuissent , illud tamen Idolum permansit in Vrbe Lais , vel obseparationem illius

illius à Reliquis Israelitarum urbibus ; vel etiam , quia vt Regum tempore , Excelsa , & Idola in aliquibus locis permanserunt , regnantibus etiam regibus valde pijs , vt Afa , & Josaphat , inveteratam enim Populi idolatrantis consuetudinem , metuentes eius seditionem , & rebellionem impedire , & tollere non potuerunt .

18 Secundò inquires , quænam sit captivitas illa , de qua *eodem cap. 18. v. 30.* Judicum vbi dicitur : Posueruntque sibi sculptile , & fons tam filium Gersam , filij Moysi , ac filios eius Sacerdotes in Tribu Dan , usque ad diem captivitatis sue ? Prima sententia intellegit captivitatem Syriacam , qua decem Tribus , inter quas una erat Dan , à Salmanasse re adductæ sunt in Syriam , anno 6. Hezechiae Regis , *lib. 4. Reg. cap. 17. vers. 2.* Ita Seder Olam , & R. Raschi .

19 Secunda sententia inquit , peculiarem fuisse hæc Tribus Dan captivitatem , quam alibi Scriptura non narrat ; ita Cajetanus . Tertia assérit , fuisse eo tempore , quo Arca Dei sub Heli Pontifice capta est , & Hebræi ingenti strage cæssi ; & pluri mi eorum à Philisthæis capti fuerunt : ita Nicolaus de Lira , Vatablus , Arias Montanus , Abulensis , Genebrardus , PP. Serarius , Ribera , Osee cap. 10. & Cornelius .

Id quod probari videtur ex verbis, quæ in eodem cap. 18. Judicum sequuntur post predicta, nimirum : *Mansitque apud eos Idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo :* atqui hæc fuit in Silo usque ad Heli, & Samuelem : ergo quia tunc etiam finitum fuit Sacerdotium filiorum Gersam in Urbe Lais; tum quia David, & alij Reges potentissimi non permisissent Idololatriam.

SECTIO XIV.

*Dubia quædam circa Judicariam
Heli dignitatem ex-
ponit.*

Dubitatur primò, cur Heli inter cæteros Judices non numeratur? Iam suprà ostendimus Heli Judiciaria functum fuisse dignitate; id quod dissentè constat ex lib. 1. Reg. cap. 4. vers. 18. vbi de Heli dicitur : *Et ipse iudicavit Israel quadraginta annis.* Unde audiendi non sunt Glycas, & Zonaras, qui asserunt, post Samsonem nullum apud Hebraeos Judicem amplius extitisse; Heli quippè in hac Præfectura Samsonis successit. At dubitationis est primò, cur Heli inter cæteros Judices in hoc libro Judicum non numetetur? D. An-

Dubia quædam, &c. Sect. 14. 349
toninus 1. part. ttt. 2. cap. 6. Post Samsonem (inquit) iudicavit Heli, qui, & Sacerdos fuit: & à digniori Sacerdos est nominatus, non Judex. Sed hæc ratio insufficiens est, quoniam Moses Sacerdos, & Dux Israëlitici populi fuit, ut optimè ostendit P. Mendoza tom. 1. Ann. 15. sect. 3. §. 15. & cap. 2. num. 32. §. 9. & Psalm. 98. vers. 6. exprelsè dicitur: *Moses, & Aaron in Sacerdotibus ejus.* Nihilominus non modò Sacerdos, sed etiam Dux, immò frequentius Dux, quam Sacerdos appellatur.

Rupertus lib. 4. de Victoria verbi, cap. 10. Cur (inquit) cum Judicibus ceteris ille (scilicet Heli) non annumeratur? (in codem nempe Judicum lib.) An idcirco de numero tollitur, ut pulchram collationem tibi facere liceat, & tot annumerare Judices ante Regnum David, quot habere iudices alios (nempe Apostolos) regnante iam Christò filio David? Sed hæc ratio mystica est. Idem Rupertus consimilem mysticam reddit rationem, videlicet, Heli adeò ignayum, ac socordem fuisse, ut Judicis nomine indignus videretur; & quidem ea de causa afferendum esset, pessimos quidē Judices, ac Reges de Judicum, ac Regum Catalogis esse expungendos, cum tamen non ita factum sit, ut eorum historias evoluenti facile constabit;

nec depravator fuit Populus sub Heli, quām sub Abimelecho, aut alijs Judicibus, quando sāpē vignit Idolatria, ob quam toties addicti sunt servituti. Præterea Samuel à numero Judicum hāc ratione non excluditur, & tamen verè fuit Judex Israëlitici Populi 1. Reg. cap. 7. vers. ८. 16. Literalis igitur ratio est, quia Heli, & Samuelis historia erat quidam veluti prologus, Regum historię necessariò præmittendus: unde non tam ad Judicum, quām ad Regum libros pertinebat. Sic docent P. Salianus an. M. 2900. num. ९. & Mendoza lib. 1. Reg. cap. 4. num. 18. in exposit. liter. num. १४.

3. Dubitatur secundo, cuinam Judici successerit Heli? Sulpitius leverus lib. 1. Sacrae Historie post Samsonem, & ante Heli inducit Judicem Simmicharem, nihil tamen de ipso asseverat, sed rem ut parum competam in medio relinquit. Carolus Sigonius existimat, ex voce Michas de quo in libro Judicum Scriptura post Samsonem textit historiam, factum vocabulum, verius quām Judicem, Simmichar, pro quo Theophilus, apud P. Serarium, Senigarem habet, Cedrenus Samanem, & forte Samgarem, quem ex ultimis Aodi temporibus huc post Samsonem scilicet, translatum, suscipiatur P. Salianus an. M. 2900. num. ८.

4. Scaliger verò putat, Samsoni suffictum fuisse Badanem; at nullo congruo fundamento; Badan quippè idem fuit qui Barach, vt rectè colligit idem P. Salianus, nempe propter facilem similitudinem literarum Hebraicarum commutationem; tum quia res gestæ, quæ de Barach in lib. Judicum habentur, consimiliter de Badane afferentur in lib. 1. Reg. cap. 17. vers. ११. vbi Badan dicitur eruisse Israelitas de manu inimicorum suorum, quod & Barach præstitit: P. Serarius quest. 2. in cap. 10. Judicum, existimat, quod Badan fuit idemque Jair; cæterum verosimilius est, quod fuerit Barach; Jair quippè non liberavit Israelitas de manu inimicorum suorum; sexto quippè anno Praefecture Jairi Israelitæ inciderunt in servitutem sub Philistæis, & Ammonitis, quæ servitus fuit annorum decem octo, vt constat ex cap. 10. vers. ८. lib. Judicum, & ab illa servitute Populum liberavit Jephete, vt cap. 11. Judic. habetur.

5. Communis igitur sententia docet, Samsoni successisse Heli, ita Josephus lib. ५. Antiq. cap. १२. alias १४. D. Cyril. Alexand. lib. 1. contra Julianum, Nauclerus, generat. ३४. Torniellus in 4. mun. ætat. an. 357. P. Salianus, an. M. 2900. num. ७. Mendoza, vbi suprà, Serarius cap. 17. Judic. quest. Et probatur, quia nullus appareret Judex in Scriptura

qui post Samsonem sequatur, præter Heli.

6 Immò nullum interfuit interregnum Samsonem inter, & Heli; tumquia id postulat ratio temporis fundati Tempki Salomonici anno 480. egressionis filiorum Israel, quæ habetur 3. Reg. cap. 6. Tum denique; quia Anarchia illa quæ refertur lib. Judic. cap. 17. num. 6. ad tempus inter Josue, & primum Judicem Othonielem spectat, ut diximus. Vnde falsum apparet, quod dixit Philo in *Antiquitatibus Biblicis*, nimirum cum Israelitas per id temporis Judicem non haberent, elegitse, iactis prius fortibus, Elcanam, qui populo imperaret, illum vero adeo restitisse, ut diceret, se potius sibi illatum mortem, quam regnum acceptaturum; non vtique id verum videtur, quia nulla tunc temporis interfuit Anarchia, tumquia Samsoni immediate succedit Heli.



SACRA CHRONOLOGICA

DISSERTATIO QUARTA

*DE SAMVBLIS JUDICIARIA
dignitatis tempore*

*AD INTELLIGENTIAM PRÆCIPVE
cap. 13. vers. 20. & 21. Actuum Apof-
tolorum.*

SECTIO I.

*SAMVELEM UT JUDICEM ISRAE-
litico Populo præfuisse of-
tendit.*



ESCENDIT huīus dis-
sertationis difficultas ex
Apostoli verbis in cap.
13. Actuum Apost. vbi
Paulus in Antiochiae Pi-
sidiae Synagoga edocens,
ac prædicans, inter alia Dei Israelitis collata
beneficia, hoc protulit, vers. 20. & 21. Post hæc
dedicavit

dedit eis Judices usque ad Samuelem Prophetam,
Et ex inde postulaverunt Regem : *O dedit illis*
Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benia-
min, annis quadraginta.

2 Samuelem ergo, mortuo Heli, ad totius Reipublicæ gubernationem communibus subiectum votis, atque suffragijs, omnes chronologi supponunt, & asserunt ; id quod ostenditur primo ex lib. 1. Reg. cap. 7. vers. ibi : *Judicavitque Samuel filios Israel in Masphat.* Et vers. 15. *Judicavit quoque Samuel Israelem cunctis diebus vite sue*, & ex eiusdem Apostoli verbis citato cap. 13. Actorum, vbi Apostolus inquit : *post hec dedit eis Judices usque ad Samuelem Prophetam*, & exinde postulaverunt Regem, & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin, annis 40. quo in loco perpendenda veniunt verba illa usque ad Samuelem Prophetam, ex quibus appetet annos 40. numerandos esse ex tempore, quo Samuel communiter agnitus fuit esse Propheta Domini, hoc est, ab obitu Heli, quando capta est Arca Domini, & duo filii eius Ophni, & Phinees pariter interfacti sunt ; tunc enim ex illo eventu cognovit universus Israel quod Samuel, qui haec longe ante prædixerat, esset fidelis Propheta Domini, vt dicitur 1. Reg. cap. 3. fine : ergo 40. illi anni dividendi inter Samuelem ut Judicem, & Saulem ut Regem; quia primus rex fuit Saul.

3 Probatur secundò eadem Sacri Textus intelligentia, nam quod ait usque ad Samuelem Prophetam, utique innuit, ibidem sermonem esse de Samuele non præcisè, ut Judice, sed signanter etiam tanquam de Propheta, quod etiam fieri videtur Eccles. cap. 46. vbi postea quām vers. 13. sequentibus, egit de Judicibus, deinde vers. 16. usque ad finem capituli, agit de Samuele tanquam de Propheta, nulla facta Judieis mentione, non quia ipse vere Judex non fuerit, ut prælibatum manet, & constat aperte ex Sacra Scriptura; sed propter sanctitudinis, & prophetæ celsiore gradum; vnde non mirum est, si citatus Actorum locus, vbi scriptura tribuere videtur Sauli 40. annos, recte à sacris expositoribus accipiatur, computatis nimisrum etiam annis Praefecturæ Samutelis, ita ut illi 40. anni numerari debeant à tempore, quo Samuel communiter agnitus fuit, esse Propheta Domini, hoc est, ab obitu Heli, quando capta est Arca Domini, & duo filii eius Ophni, & Phinees pariter interfacti sunt, tunc enim cognovit universus Israel, quod Samuel esset fidelis propheta Domini, 1. Reg. cap. 3. vers. 2. Proptereaque Glossa Interlinealis, loco Actorum adducto, super illa verba, annis 40. notat in hunc modum : *cum tempore Samuels.*

4 Probatur tertio quia, si Sauli con-

cedendi essent 40. anni in Regno, plures quam quadringenti octoginta effluxissent ab egressu filiorum Israel ex Ägypto usque ad Templi Salomonici fabricam ; atque ita falsa esset scriptura , 3. Reg. cap. 6. versu 1. quæ dicit anno 480. conditum templum : porro autem licet sequela concedatur à Magistro Cano, & non nullis alijs, ea tamen neganda omnino est, vel consequens ipsum, licet consequētia ex falso antecedenti sequatur.

5 Quartō , quoniam David unctus est in Regem à Samuele , simul ac reprobatus est Saul , ut cernere est 1. Reg. cap. 15. vers. 13. Id verò ex communi placito contigit, secundò, aut tertio anno Regni Saulis , vel etiam primò ut vult P. Tirinus : ergò triginta octo, aut triginta septem annis ante mortē Saulis , si ille 40. annis regnavit : ergò unctus est David in Regem 8. aut 7. annis ante quam natus esset : nam in morte Saulis , cum David Regnum caperet, non erat nisi 30. annorum, ut probatur ex 2. Reg. cap. 5. vers. 4. quod absurdum aperte deducitur , si omnes prædicti anni 40. concedantur Saulis Regno.

6 Quintō, quoniam Saul cum regnare coepit, non potuit non esse quadragenario, vel quinquagenario major , cum filium tunc haberet tam robustum, tam prudentem , ut præfici potuerit mille viris , & propria manu

Samuelē ut Judicū, &c. Sect. I. 357
sternere plurimos hostium , ut probatur ex 1. Reg. cap. 13. vers. 2. & 3. cap. 14. vers. 14. ergò fuisset nonaginta vel octoginta annorum Saul, cum moreretur. Atqui Scriptura de Saule, etiam iam morituro, loquitur ut de viro adhuc robusto , ut qui pridie mortis tantum atque tam pericolosum bellum per se direxerit, & iter admodum longum confecerit 1. Regum 28. vers. 8. & 25. quod in nonagenarium non cadit ; nam David, eodem seculo, Saule viribus nihilo inferior , tamen , cum vix esset septuagenarius iam tunc inutilis esset bello, & induitus vestibus non poterat calefieri, 3. Reg. 1. v. 1. ergò omnes 40. anni non competunt Sauli.

SECTIO II.

Quadragesima illi anni ut veniant inter Saulem, & Samuelem dividendi.

1 E Os 40. annos, de quibus Act. cap. 13. variij variè inter Saulem, & Samuelē partiuntur ; nam Clemens Alexand. lib. 1. stro- matum cap. 11. Sauli cum Samuele tribuit 27. deinde mortuo Samuele , Soli Sauli alias 20. Cæterum sic fierent anni 47. imo plures, cum ante Saulē Samuel Judex fuisset; at Apost. dun-taxat 40. annos utriq assignat, Rursus Josephus 1. 6. Antiquit. 14. ait, Samuelem solum præfuisse Reip. annis 12. deinde cū Saule annis 18. Saulē vero post mortem Samuelem annis 20. ut habet

idem Josephus in fine eiusdem lib. 6. & iterum lib. 10. cap. 11. in textu tamen Græco lib. 6. habet annos 22. sicut, & Zonaras, qui Josephum de more sequitur; verum sic fierent anni 52. cum fuerint 40.

2 Alij Samueli dant annos 30. Sauli 10. alij Samueli 38. Sauli duos tantum concedunt. Ita tenent Hebræi in Seder-olam cap. 53. Rabbi Abraam in Historia Cabala, Gerardus Mercator in Chronico, Arias Montan. lib. de sicutis, &c. in Acta Apost. Adrichomius an. Mundi 2850. Pater Sanchez in 1. Regum cap. 13. vers. 1. & P. Tirinus in Chronico cap. 29.

3 Alij vero, quibus subscriptit P. Mendoza annot. 3. pro auctiali in libros Reg. scđt. 6. num. 10. Samueli consignant annos 20. & totidem Sauli. Magis tamen ad veritatem accedere videtur sententia afferens, Samueleum solum viginti duos annos prefuisse Israeli: Sauleni vero decem octo annos regnasse, eorumque decem sex, vivo Samuele, duos, ipso defuncto, transfigisse. Sic docent Comestor lib. 1. Reg. cap. 27. Illust. Abulensis 1. Paralipom. cap. 19. quæst. 2. P. Salianus tom. 3. anno Mundi 2962. num. 6. P. Cornel. 1. Reg. cap. 17.

4 Et probatur, quoniam Arca, captâ à Phylistheis in morte Heli, post septem menses reducta fuit in Cariathiarim, ut patet ex 1. Reg. cap. 6. vers. 1. & 21. ibi vero mansit per 20.

annos, quibus, iam mortuo Heli, præterat eius successor Samuel, 1. Reg. cap. 6. vers. 2. ubi sic habetur: Factum est ex qua die manu arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies (erat quippè iam annus vigesimus,) & requievit omnis domus Israel post Dominum. Deinde renovaverunt foedus in Masphat, sequutumque bellum contra Philistheos, & postea constituit Samuel filios suos gubernationi Israelis, eo quod senisset, ut dicitur cap. 8. lib. 1. Reg. Hæc vero Samuelis, & filiorum eius gesta ante creationem Regis Saul, facile biennium requirunt; præsertim, ut experientia probata, reprobataque præfecturæ filiorum Samuelis, Israëlitæ pertenerent Regem: igitur Samuelis gubernationi concedendi sunt anni 22.

5 Secundò quoniam cum Saul creatus fuit Rex, senuerat iam Samuel, imò, & ante quam filios suos constituisset sibi in Præfectura Vicarios, ut patet, ex 1. Reg. cap. 8. vers. 1. ubi dicitur, factum est autem cum senisset Samuel, possuit filios suos Judices Israel: at Samuel natus non fuit ante annum Judicariæ dignitis Heli, ut observant Torniellus ad annos Mundi 2900. Salianus, anno Mundi 2900. num. 18. & 19. Cornelius ad caput 13. lib. 1. Reg. &c. patet ex 1. Reg. cap. 1, ubi afferitur Aanam Samuelis matrem adiisse templum, & orasse Dominum, ut prolem sibi concederet, sedente Heli Sacer-

dote super sellam ante postes Templi Domini; igitur, ut Samuel dici posset senex, quando filios sibi constituit subalternos Judices, ut minimum debebat esse propè sexagenarius: ergo præter 39. annos, quos egerat in morte Heli, concedendi illi sunt anni 20. regiminis, ut senex esset, quando sibi substituit filios, & duo præterea anni assignandi gubernationi filiorum, ac proinde subremament octodecim Regno Saulis, ut supra dicebamus.

SECTIO III.

Fit satis argumento desumpto ex

1. *Regum cap. 7.*
vers. 6.

ADVERSUS dicta de tempore, quo Samuel judicavit Israelem, opposones id, quod *lib. I. Reg. cap. 7. vers. 6.* dicitur, nimirum, quod cum filij Israel poenitentiam egissent, anno scilicet 20. ex quo Arca Domini manferat in Cariathiarim, Samuel judicavit Populum; ita ut eo loci prima fiat mentio Judiciariae Samuelis dignitatis, per hæc verba: *judicavitque Samuel filios Israel in Mispah,* quasi tunc primum illius hoc munus cooperit; idquod existimarent Caietanus, Magister Canis, *de locis lib. II. cap. 5.* ubi

Fit satis duobus, &c. Sect. 3.

361

ubi totis viribus, totisque conatibus in id incumbit, ut ostendat irrepsisse errorem *di&t. lib.* 3. *Regum cap. 6.* in summa annorum ab exitu Israëlitarum ex Ægypto usque ad Templi fabricam. Eidem expositioni faveat P. Scarijus.

2. Eaque fulciri posset authoritate D. Gregorij Nysseni in *oratione de laudibus B. filij*, patris sui, sub *initium*, ubi locutus de tempore, quo Judiciaria potestas Samuelis coepit, sic habet: *Cum Israëlitarum res per eum statum, quo nullus capti Magistratus Imperio continebatur in promiscua Populi, atque confusa potestate male se se haberent: Samuel extitit, qui per se subditos in officio contineret, & à consuetudine, atque commercio alienigenarum cibiberet.* Ubi tempus aliquod à morte Heli unique ad principatum Samuelis interponere videtur, in quo, aliqua Anarchia interfluxerit.

3. Eam tamen intelligentiam explodit communis Interpretum, & Chronologorum sensus, ut cernere est ex dictis; mortuo enim Heli, Samuel ad totius populi gubernationem communibus sublevatus est votis, atque suffragijs, qua de re, inquit P. Salianus, *an. mundi 2940. num. 5.* nulla est apud quemquam, quod sciām, dubitatio, omnesque Chronologi Samuelem Heli immediate subs-

ti-

tituunt cūm Eusebio, & Alexandrino Clemente lib. I. Stromatum, cap. I. pag. 140. Hac Salianus Auctor apprimè eruditus.

4 Nec verba, dicto cap. 7. vers. 6. relata, oppositum evincunt, ut docent Interpretes, præcipue Illustrissimus Abulensis, P. Mendoza, Cornelius, & Sancius, qui ait, hanc communem sententiam non obscure ipsum docere Samuel cap. 12. eiusdem lib. I. Reg. ubi ab adolescentia tenuisse, aut dicit, aut indicat, locum illum, aut gradum, quem tunc habebat, quando votis populi annuit Regem postulantis: *Itaque (inquit Samuel) conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hunc diem: ecce præsto sum, loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, utrum bovem cuiusquam tulerim, aut asinuem, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si demanu alicuius munus acceperit.* Hac omnia pergit P. Sancius, quæ in sua vita ab adolescentia explorari iubet Samuel, illius sunt peccata propria, qui cum potestate est: quare cum in sua adolescentia de huiusmodi rebus inquiri iubet, planè docet Samuel, ab adolescentia se Israëlitici Imperij tenuisse clavum.

5 Confirmatur; quia cum 20. annis, ex quo vita functus est Heli, constitutus iam populi Judex Samul cūm Populo egisset,

Fit satis duobus, &c. Sect. 3. 363

ut mores deponerent, qui superiorum Judicium incuria, & nimia sive Sacerdotum in temperantia, sive conniventia, sensim inoleverant, illud sic est assiduitate, & studio consecutus, ut dici potuerit, Populum requievisse post Dominum, prout habetur hoc eodem cap. 6. vers. 3.

6 Confirmatur secundò, quia si Samuel constitutus fuisset Judex, post 20. annos, quibus Arca Domini in Cariathiarim stetit, propè sexagenarius esset, cum Reipublica præesse coepit; natus quippe fuit Samuel secundò anno Heli qui an. 40. judicavit, ut suprà vidi mus, additisq post mortē Heli septē mensibus, quibus in Regione Philistinorum statit Arca ante prædictos 20. annos, ut constat ex I. Regum cap. 6. vers. 1, profectò esset annorum 59. quando in Judicem esset electus; quæ etas gravi, & laborioso muneri minus congrua esset.

7 Illustratur tertio; quia illa ferè ætate annorum 60. fractus iam laboribus Samuel, cum senuisse, constituit filios Judice subalternos, ut dicitur cap. 7. vers. 1. eiusdem libri; igitur si quinquaginta nouem esset annorum, cum indicare coepit, Populo non præfuisse nisi exiguo, vel unius anni intervallo, id quod nemo dixerit.

8 Illustratur quartò; quoniam dit-

to cap. 7. vers. 15. sic dicitur: *judicabat quoque Samuel in Israël cunctis dieibus vite sue*: ergo necesse est, quod valida, & virili astate id muneric exercuerit, & propterea nec quinquagenarius poterat esse, quando coepit judicare, cum tamen iuxta oppositam sententiam plusquam 50. annos tunc agere debuisset. Fit ergo Samuelem statim à morti Heli Reipublice Clavum tenuisse, & 22. annos judicasse ante Saulem.

9 Nec obest authoritas Divi Gregorii Nysseni; quoniam optimè exponi valet de tempore, quo cessis, & superatis Israelitis à Philistaxis, Israelitarum res per eum statum, quo nullius coepti Magistratus imperio continebantur, in promiscua Populi, atque confusa potestate male fese haberent, scilicet exiguo aliquo temporis intervallo post mortem Heli, & ante quam Samuel constitueretur Judex. Propterea igitur Samuelis Principatus eo loci commemoratur, ex sententia Illustris Abulensis, Lyrani, Saliani, & aliorum, quod Samuel in Maiphate non solum populum cū Deo conciliavit, sed etiam ipsius Populi dissidia sustulerit, lites composuerit, pacem, & concordiam firmarit; quod ad bonum Judicem spectabat; nam licet hæc omnia toto illo bienio peregerit, tamen in hanc curam studiosius incubuit eo maxime tempore, quo totus Po-

pulus ad Deum per veram poenitentiam redibat, quale fuit præsens, ut in dicto textu assertur.

10 Addit D. Gregorius judicasse in Maiphate, quæ interpretatur speculatio; Nam vt judicium rectum evadat, necesse est, vt diligens causæ cognitio, & fervens rerum cœlestium contemplatio præcedat; adeoque qui illam mentis speculationem non habet, Judex animarum esse non debet: & in id refert quod Christus Dominus resurgens à mortuis prius in Discipulorum faciem insulavit, & postea dimittendi, retinendique peccata authoritatem tribuit.

11 Nec reticendum est, pro confirmatione nostræ sententiæ, & oppugnatione contrariæ, quod cum Mag. Canus separat annos Samuelis à Saüle, & huic 40. annos, illi 8. attribuat, id verum esse non potest, si coepit judicare populum anno 40. ex quo Arca erat in Cariathiarim, ut ipse Author vult; inde enim ad initia Saulis non 8. sed vix tres anni, ac ne vix quidem reperiuntur, ut colligitur ex prædictis; simileque argumentum potiori iure militat adversus P. Serarium, qui 28. annos

Samueli consignat.



SECTIO IV.

Alia dilucitur obiectio deprompta ex

ib. 1. Reg. cap. 7.

vers. 15.

I O ppones secundò quod dicitur eodem, lib. 1. Reg. cap. 7. vers. 15: nimirum: *Judicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vite suæ*; at Samuel, electo, & creato Saule in Regem, per plures annos supervixit, ut nos ipsi fatemur, & patet ex pluribus locis lib. 1. Regum, præsertim cap. 13. ubi Saulem increpavit Samuel, eo quod mandata Domini nori custodierit: ergo non solum usque ad inunctionem, & creationem Saulis in Regem, sed deinceps usque ad finem vite suæ judicavit Samuel, consequenterque non præcisè 22. annos, sed per plures alias Israeli præfuit. Lectioni vulgati textus concordissimè assentiuntur omnia exemplaria Hebreæ, Græca, & Latina.

2 Ex adverso urgeri potest: quoniam vivente Samuel, regnavit Saul, ut ex dicto lib. 1. Reg. palam fit: regnante autem Saule, non potuit judicare Samuel, cum iam potestate non haberit, sed totam transtulerit in Saulem; ergo Samuel non judicavit Israelem

Qmni

Alia dilucitur, &c. Sect. 4.

367

omnibus diebus vita suæ: tum quia dici non potest, mortuum esse Samuelem statim, ac creatus fuit Rex Saul; quia ut prælibavimus, regnante Saule, Samuel in vivis erat.

3 Respondent primò Arias Montanus, in apporatu de annis Saulis, & super Acta Apostol. nec non Adrichomius in Ann. Mundi 2850. dicentes, Samuelem 38. annos judicasse, Saulem regnasse tantum duobus, & ex hæ annorum summa constare 40. annos, qui Actorum cap. 13. Regno Saulis, simul cum Principatu Samuels tribuuntur. Idque probant, quoniam Saul iuxta lib. 1. Reg. cap. 13. vers. 1. duobus annis regnavit, & con sequenter Samueli concedendi veniunt 38. anni Principatus: quibus finitis, & relictæ successore Saule Rege, Samuel obivit diem suum. Vel etiam si supervixerit, duos annos, cum id temporis exiguum sit, & quod parum abest à fine, nihil abesse censetur, non tollit, quonimus dicatur cunctis diebus vite suæ judicasse; quia Scriptura Sacra in magno aliquo numero, parvum aliquem, quali non fuerit, non semel prætermittit, ut docet P. Salm. tom. 1. Prolog. 11. quinquagena 3. Can. 50. P. Ribera in Amos, cap. 3. num. 61. P. Sanchez Actorum 1. num. 5. Hæc tamen solutio infringitur ex dictis, dicendisque infra tom. 2. differt. 5. ostendendo Saulem super duos annos Regnum administrasse.

Se-

4 Secundo respondent alij , Samuelem judicasse omnibus diebus vita suæ, nempe firmæ, vegetæ, ac robustæ, quæ sola vita dicatur ; nam, quæ in senectutem foetam morbis , & effoetam viribus devergit, mors potius dicenda ; quam vita, inquit Tullius in Somnio : Vnde Sophocles in Antigono, negat vivere, qui vita voluptatibus caret.

*Nam nulla, cui mentem voluptas recreat,
non vivere hercù exstimo, sed mortuum,
viventis illum praeserferre imaginem.*

5 Et Seneca in 1. Choro Herculis Oe-
tai, laboriosam vitam morti similē appellat, si-
cut fortunatam Superum ævo parem. Martialis
verò lib. 6. Epig. 70. sect. 48. in emendatis, de
huiuscmodi vita canit, *non vivere sed valere
vita.*

6 Quo paeto , & Bercellai octoge-
narius præmortuum se putabat, atque sepulcro
quam Palatio aptiorem, lib. 2. Reg. cap. 19. v. 35.
Sic igitur , & Samuel dum vixit , hoc est,
dum valuit , & viguit Israelem judicabat , ubi
autem vivere, hoc est, valere desijt ; desijt ju-
dicare , & coepit in suos filios munus Præfec-
ture transferre , ut quo ille munere fungi non
poterat senior per æratem factus, eodem iuve-
nies validiores fungerentur. Sed

7 Sed haec respensio , ut arguta sit,
solida tamen non est , inquit P. Mendoza; quia
Samuelis aetas non erat adeo senilis, ut geren-
do Magistratui prorsus inepta reddereret , ut
ex precedentibus colligitur ; tum quia, cum
Populus Regem petijsset , displicuit sermo in
oculis Samuelis , ut habetur 1. Reg. cap. 8. vers.
6. & consequenter apparet , quod Samuel vir
eximia virtute præditus existimabat , adhuc se
præstare viribus, ut suo munere fugi posset, licet
enim filios suos, in regiminis sui societatem su-
brogarit , ipse tamen à se prefecturam judi-
ciariæ potestatis non abrogavit , quam adhuc
poterat , nisi Populi malitia obssisteret , suis
humeris feliciter sustentare.

8 Tertia sententia docet, Samuelem
judicasse omnibus diebus vita suæ, scilicet his
quibus mansit in Principatu , & consequenter
usque ad Regnum Saulis exclusive. Ita Illust.
Abulensis, & Torniellus ad annis Mundi 2979.
num. 11. in idque propendet P. Mendoza ad
caput 7. lib. 1. Regum. num. 15. sed non arrideat
huiusmodi expositio , quoniam iuxta verita-
tatem, quam non differtur præcitatii AA. Sa-
muel vixit per plures annos, regnante Saule, &
consequenter non satis cohæret verbis textus
hęc explicatio.

9 Quarta sententia , & expositio est
D. Gregorij, Samuelem scilicet judicasse cunc-

tis diebus vitaे suæ , si non imperijs, saltem exēplis : *Qui sunt , inquit , dies uniuscuiusque Doctoris , nisi virtutum spiritualium claritates ; omnibus namque diebus vitaе suæ Israelem iudicat , qui lucem justitiae , quam loquendo afferit , ad subditorum fidelium exemplum perfectione representat bone conversationis . Qui autem virtutum spiritualium lucem non habet , quia ad docendum asserunt bona conversationis extraneę , diebus profectò judicat vitaе alienę . Mystica est , & ad instruendos Prælatorum , Doctorumque mores consentanea interpretatio , nam qui alienis tantum exemplis docent , similes sunt illis de quibus Dominus Jeremię cap. 23. vers. 30. Ecce ego ad Prophetas , qui furantur verba mea unusquisque à proximo suo . Vbi D. Gregarius , furantur , inquit , qui bonum , quod docendo prædicant , operando non sequuntur : quia veluti clam de alieno tollunt , quod dato proprio laboris pretio suum nequaquam faciunt .*

10 Quintò respondent alij , Samuel ex nutu Saulis , omnibus simpliciter diebus vitaे suæ judicandi potestatem habuisse , sic Saulem peccantem reprehendit , & Agag Regem Amalec interfecit , & Davidem in Regem unxit , aliaque id genus suo arbitrio disposuit , & sanxit . Atque huiuscmodi Deus potestatem sèpè numero prophetis conferebat .

11 Sexto , & magis probabiliter di-

cendum , Samuelem iudicasse omnibus diebus vitaе suæ , ita ut in senio filij eum adiuvarent ; deinde quandiu Saul probus , & Deo obediens Samuelem quasi in Principatus socium , & præphetā coluit : ac demum Judicariam exercuit potestatem præcipue in Ramatha , ubi Samuel degebat .

12 Huius placiti argumentum primum est , quod quando Saul , sectis in frusta bobus suis convocavit Populum adversus Amonitas , non se ipsum solum , sed simul quoque Samuelem in edicto nominavit 1. Regum cap. 11. vers. 7. dicens , *Quicunque non exierit , & secutus fuerit Saul , & Samuel , sic sit bobus eius .* Vnde satis apparet , quod tunc ambo simul in Principatu quodammodo essent Duces Populi . Secundum argumentum ex eo desumitur , quod cum Saul percussisset Amalec , apprehendissetque Agag Regem vivum , & contra præceptum Domini ei pepercisset , Samuel iussit , illum duci ad se , dicens adducite ad me Agag Regem Amalec , & in frusta concidit eum eorum Domino in Galgalis , non quidem per se ipsum , ut vult P. Serarius , adeoque in prædicto textu alij habent , *scindere fecit , neque enim Samuel , & Senex , & in populo suo facile Princeps , tortorem egit , ut animadvertisit P. Cornel. in hunc locum , & Salianus ad an. Mund. 2968. num. 69 .* Hoc vero facinus manifeste in Judicem , ac

Principem quadrat, quapropter, tempore Saulis Regis, Judicariam potestem retinuisse Samuelem, & cum Saule judicasse Populum, edocent Cajet. 1. Reg. cap. 7. vers. 15. P. Salian. an. Mund. 2961. num. 3. Et anno 2698. num. 57. Cornel. 1. Reg. cap. 7. vers. 15. nec repugnantiæ quidquam involvit, Samuelem, etiū Judicem, subordinatum fuisse Regi Sauli, in quam sententiam tandem accedit P. Mendoza in *expositione huius loci* num. 8. margin. ad finem. Alia posset institui obiectio circa annos, quos Samuel Judicis præfectura solus potitus est, desumpta ex lib. 1. Reg. cap. 13. ubi de Saule dicitur, quod duobus annis regnavit; verumtamen quia huius difficultatis enodatio, auspice Deo, tradetur Tom. 2. Dissert. 5. nec ad evertendum numerum annorum 480, ab exitu ex ex Ægypto ad Salomonici Templi iacta fundamenta pertinet; ideo finem huic volumini imponere congruum erit. Colliges ergo ex dictis dissertatione 3. Et 4. retinendam esse communissimam sententiam, quæ veritatem numeri annorum, qui eo intervallo elapsi sunt, asserunturque lib. 1. Reg. cap. 6. vers. 1. vel ex eo maximè quod in omnibus exemplaribus Latinis Græcis, & Hebraicis idem omnino numerus annorum 480. reperiatur, ipso Mag. Cano confitente; imo etiam eodem affirmante, ab universis Authoribus Latinis, & Græcis, Hebraicis consentientibus confirmetur.

13. Et quidem, adnotante P. Saliano, tom. 3. anno Mundi 3023. num. 6. Et P. Lincaeo lib. 1. de Theol. & Locis. tract. 5. cap. 6. num. 68. consensus omnium Doctorum, circa sensum scripturæ, vel ex ipsis Cani sententiæ, rem facit de fide; cum ergo alias ex parte fateatur ipse, lib. 11. de locis. cap. 5. in foliis. ad 12. argumentum. numerum illum 480. annorum non tantum haberi in omnibus exemplaribus Sacrae Scripturæ, sed etiam recipi ab omnibus authoribus Græcis, Latinis, & Hebraicis, qui fieri potest, ut non sit de fide?

14. Denique, ne textus dict. lib. 3. Regum, cap. 6. vers. 1. vitiatus dici queat, facit, quod ad Dei providentiam, & curam de Ecclesia sua spectat, propter eius bonum non permitere, ut omnia exemplaria Biblica tam manuscripta, quam typis excusa, & tam huius Idiomatis, quam cuiusvis alterius sint ullibi mendoza, & erronea, ut rectè notat P. Valentia in *Analysi* lib. 8. cap. 5. Salianus tom. 3. an. Mund. 3023. Cornelius à Lap. in 2. Paralipom. cap. 26. vers. 1. Serarius in Prolog. cap. 19. quest. 14. ad fin. Sherlogus tom. 1. in Cant. Antelop. 7. sect. 1. Gravina Catholic. presb. tom. 1. lib. 4. contra 10. Gen. art. 2. Et 12. in concl. art.

I. & apud ipsum D. Augustin. lib. II. contra Faustum cap. 2. & lib. 32. cap. 36. ac reliqui ferè DD.

Sacro-Sanctæ Matris Romanæ Ecclesiæ fideliſſimæ correCTIONI usque ad iota,
& apicem omnia ſub-
iectantOR.

*Ad Majorem Dei Opt. Max. Golriam: Delpara
Virginis concepta fine Labe Originalis peccati
in primo ſui eſſe naturalis; S. Patriarchæ
Societatis noſtrae Ignatij, SS. Xaverij,
& Borgiæ Societatis
ſiusdem.*

INDEX

ANTELOQUIORUM.

A Ntelog. 1. *De nominibꝫ Sacra Scriptura,*
pag. 1.

Antelog. 2. *De materia, & forma Sacra Scriptu-*
re, pag. 5.

Antelog. 3. *De Scripturæ Causa efficienti,*
pag. 10.

Antelog. 4. *De modo, quo Deus per homines à ſe-*
ad id electos Sacras fecit Scripturas, pag. 18.

Antelog. 5. *Non ſolum ſenſum ſed etiam verba*
Deus Prophetis inspiravit, & dictavit, pag. 27.

Antelog. 6. *Ulterior Sacra Scripturæ, ſenſuum-*
que eius deſcriptio.

DISSERTATIONUM, ET SECTIONVM.

Dissert. I. *De annis à Mundi Creatione usque ad*
Abrahæ Ortum, in qua Vulgata propugnat
editio; eiusque cum Lectione Septuaginta In-
terpretum recens excogitata concordia refellitur.

Sect. I. *Septuaginta Interpretum versionis origi-*
nem exponit, pag. I.

Sect. 2. *Editionis Septuaginta Authoritatem diluci-*
dat, pag. 5.

INDEX.

- Sect. 3. Editionis Septuaginta conse^{tē} tempus dis-
quirit, pag. 8.
- Sect. 4. Obiectioⁿe elevat, pag. 12.
- Sect. 5. Vulgata Editionis autoritatem ostendit,
pag. 21.
- Sect. 6. Vulgatum textum, & Septuaginta Senio-
rum in cap. 5. Genesios inicem compon-
nit, quoad primam mundi etatem, pag. 26.
- Sect. 7. Versionis Latine Vulgatae, & Graecae 70.
de secunda mundi etate testimonia in cap. 11.
Genes. pag. 31.
- Sect. 8. Eluiditur prima difficultas circa Genera-
tionem Cainar, pag. 34.
- Sect. 9. Enodatur difficultas alia circa ortum
Abrahe, pag. 47.
- Sect. 10. Diluitur obiectioⁿe, que evincere vi-
dentur Abrahamum natum fuisse anno 70. Pa-
rentis sui Toare, pag. 56.
- Sect. 11. Delineat Synosim Sacrae Chronologie ab
orbe condito usque ad Abrahimi ortum, ubi cer-
nere licet discrepantiam Hebraici, & Vulgati
textus ab editione Septuaginta, pag. 64.
- Sect. 12. Singularis, novaq^{ue} Conciliatio Vulgati,
& Hebraici textus cum editione Septuaginta
proponitur, pag. 65.
- Sect. 13. Praesedens sententia oppugnatur, pag.
71.
- Sect. 14. Precluditur quedam eviso, & prefata
concordia denud^o infringitur, pag. 82.

Sect. 15.

INDEX.

- Sect. 15. Ex sacra pagina validiori argumen^m
evertitur prefata sententia, eademque contraria
Vulgatae editioni ostenditnr, pag. 84.
- Sect. 16. Ex confutatione responsioⁿis cuiusdam
nostræ sententie nova affertur confirmatio,
pag. 91.
- Sect. 17. Authoritate D. Augustini, & ex eo quod
quatuordecim annis Diluvio supervixisset Ma-
thusalem, refellitur prelibata concordia, pag.
102.
- Sect. 18. Alia contra structuram secundi anni
magni, à Leyba propositum, argumenta insi-
tuuntur, pag. 113.
- Sect. 19. Alia secundi anni magni expositio Leyba
refellitur, pag. 122.
- Sect. 20. Alii eijsdem anni magni expositio propo-
nuntur, & profligatur, pag. 126.
- Sect. 21. Notat discri^mes inter utramque lectio-
nem Vulgatam, & 70. per^s vita Patrum in-
tegrum tempus, & nova animadversioⁿe profili-
gatur prelibata Leyba concordia, pag. 131.
- Sect. 22. Consectaria quadam argumenta adver-
sus eandem concordiam, pag. 138.
- Sect. 23. Diluitur obiectio ex D. Augustino de-
prompta, pag. 146.
- Sect. 24. Divi Augustini textum proponit, pag.
150.
- Sect. 25. Consectaria ex D. Augustino, pag. 155.
- Sect. 26. Proponitur obiectio quadam ex Egyp-
tio-

INDEX.

- tiorum Dynastijs descendens, pag. 162.
Sect. 27. Prelibata obiectio excinditur, pag. 165.
Sect. 28. De eisdem Agyptiorum Dynastijs aliorum gravium Authorum sensu, pag. 172.
Sect. 29. PP. Dionysij Petavi, & Jacobi Gordoni mens de Agyptiorum Dynastijs, pag. 176.
Sect. 30. Consectaria, ex quibus Leyba fundamen-
tum dilucidius evertitur, pag. 184.
Sect. 31. Aliam difficultatem ex Romano Marty-
rologio emergentem proponit, & elevat, vulga-
tamque editionem praeferendam stabilit, pag. 194.
Sect. 32. Alię Vulgate Latinę editionis cum lectione Septuaginta Interpretum traduntur concilia-
tiones, pag. 209.
Sect. 33. Nonnullę adversus prelibatas conciliatio-
nes proponuntur difficultates, pag. 213.

DISSERTALIO SECUNDA.

- De Abrahamidarum commoratione, ac ser-
vitute in Agypto.
Sect. 1. Expenditur difficultas, pag. 225.
Sect. 2. Eadem difficultas ulterius ostenditur, pag.
230.
Sect. 3. Textus expositionem tradit, nonnullaque
objectiones infringit, pag. 234.
Sect. 4. Emergens alia difficultas diluitur, & Vul-
gata Lectio Actorum 7. vers. 6. propugnat,
pag. 245.

DISSERTATIO TERTIA.

- Circa annum Fundati Salomonici Templi, ad di-
vini

INDEX.

- vini eloquij intelligentiam lib. 3. Reg. cap. 6. v. 1.
Illustranturque alia plura ex lib. Judicum loca, que
attinent ad veram annorum summam à disces-
sione Abramidarum ex Agypto ad prima
Templi Salomonis iusta fundamenta, & ad ju-
dicum historiam pernosendam.
Sect. 1. Dubitandi rationem proponit, pag. 251.
Sect. 2. Sententias refert, pag. 256.
Sect. 3. Quedam adnotanda premitit, pag. 260.
Sect. 4. Communis sententia, vulgato textui confor-
mis, proponitur, & fulcitur, pag. 267.
Sect. 5. Alia eiusdem sententie fundamenta, pag.
223.
Sect. 6. De annis principatus Josue, pag. 277.
Sect. 7. Præcipuum expendit difficultatem, pag.
285.
Sect. 8. Ut accipienda sint verba illa scripture, qui-
vit terra tot annis, aut per tot annos, pag.
288.
Sect. 9. Objectionibus sectione 7. exgratis it ob-
viam, pag. 297.
Sect. 10. Elevat alia P. Petavij fundamenta, &
ipsius sententiam refellit, pag. 312.
Sect. 11. Plura alia circa Tempus Principacus He-
li placita refert, obiterque refellit, pag. 327.
Sect. 12. Num Anarchia, de qua in Judicium cap. 17.
vers. 6. & Judicum 18. vers. 1. neconon Judicium
21. vers. 14. inter Samsonem, & Heli evenerit,
vel inter Josue, & Othonielim inciderit? pag
329.
Sect. 13

INDEX.

Sect. 13. Elevat obiectiones, pag. 338.

Sect. 14. Dubia quedam circa Iudicariam Hebreorum dignitatem exponit, pag. 348.

DISSERTATIO QUARTA.

De Samuelis Iudicarię dignitatis tempore. Ad intelligentiam pricipue cap. 13. vers. 20. & 21. Actuum Apostolorum.

Sect. 1. Samuelem ut Jūdicem Israelitico Populo praefuisse ostendit, pag. 353.

Sect. 2. Quadragesima illi anni ut veniant inter Saulem, & Samuelem dividendi, pag. 357.

Sect. 3. Fit satis argumento desumptio ex 1. Regum cap. 7. vers. 6. pag. 360.

- Sect. 4. Alia diluitur obiectio de prompta ex lib. 1. Reg. cap. 7. vers. 15.

INDEX

QUÆSTIONUM,

ET LOCORUM SACRÆ SCRIPTVRÆ,
qui pricipue in hoc volumine expenduntur.

Q UÆST. 1. Vtrum chronologici numeri & mundi exordio usque ad Abrahā ortum, qui in Vulgata Latina lectione reperintur.

INDEX.

tur, an verò qui in Septuaginta Interpretum editione habentur, sint observandi? Ad intelligentiam totius cap. 5. & 11. Genesios, tota Dissert. I. à pag. 1. usque ad 224.

Quæst. 2. Vtrum Septuaginta Seniorum editio sit Authentica? à pag. 5. ad 25.

Quæst. 3. Editionis Vulgata Authoritas quanta sit à pag. 21. ad 25. & pag. 44. & 45. & à pag. 297. ad 208.

Quæst. 4. Vtrum admittenda generatio Cainan?

Quæst. 5. Utrum Abraham natus fuerit anno 70. vel potius anno 130. Parentis sui Tbaré? Ad intelligentiam Genes. cap. 11. v. 26. & cap. 12. v. 4. & pag. 47. ad 64.

Quæst. 6. Utrum congrua sit conciliatio quadam quoad chronologicos numeros in prima, & secunda mundi aetate inter Vulgatam lectionem, & Septuaginta Genes. cap. 5. & 11. repertos, tradita ab Illustris. Dom. Leyba? A pag. 65. usque ad 208.

Quæst. 7. Utrum Mathusalem mortuus fuerit sex annis ante Diluvium? Ad intelligentiam Genes. cap. 5. vers. 27. & cap. 7. vers. 11. & quid circa id docuerit D. Augustin. à pag. 102. ad 112.

Quæst. 8. Utrum admittenda sint quindecim Ägyptiorum Dynastie ante ortum Abrahā, vel si admittantur, quantæ fuerint durationis? Ad intelligentiam Genes. cap. 11. v. 9. à pag. 162. ad 193.

Quæst. 9.

INDEX.

Quæst. 9. Vtrum subsistere possint alia conciliatio-
nes earundem versionum Vulgata lectionis, &
Septuaginta Interpretum penes eosdem chronolo-
gicos numeros, traditæ à P. Riccioli? A pag. 209.
ad 324.

Quæst. 10. Vtrum Israelitæ commorati, & afflicti
fuerint in Ægypto quadringentis annis? Ad in-
telligentiam Genesios cap. 15. v. 13. Exodi eap.
1. v. 14. Judith, cap. 5. v. 9. Actœon. Apostolor. cap.
7. v. 6. & D. Pauli, epist. ad Galat. cap. 3. v. 17. à
pag. 225. ad 250. ubi ostenditur tempus elapsum
à Promissione facta Abraham usque ad Exodum,
& datam Israëlitis legem.

Quæst. 11. Utrum Salomonis Templum fundatum
fuerit anno quadringentesimo octogesimo ab egressio-
ne Israëlitarum ex Ægypto? Ad intelligentiam
lib. 3. Reg. cap. 6. v. 1. & totius ferè libri Ju-
dicum à pag. 251. ad 352.

Quæst. 12. Vt accipienda sint verba illa quievit
terra tot annis, vel per tot annos, aliquoties in
libro Judicium repetita, scilicet cap. 3. v. 11. &
30. cap. 5. vers. 31. cap. 8. v. 28. à pag. 288. ad
312.

Quæst. 13. Utrum egressionis, seu exitus Israëli-
tarum ex Ægypto tempus usque ad iacta Salomo-
niæ Templo fundamenta computandum sit à pri-
mo egressionis anno, seu potius ab anno, quo Is-
raelitæ trajecto Jordano Chananææ possessionem
adiu-

INDEX.

adierunt? Ad intelligentiam lib. 3. Reg. cap. 6.
vers. 1. pag. 259. & 260. & à 312. ad
326.

Quæst. 14. Vt computandi sint anni quadraginta
Principatus Heli? Ad intelligentiam lib. 1. Reg.
cap. 4. v. 18. à pag. 327. ad 329.

Quæst. 15. Vtrum Anarchia de qua Iudic. 17.
vers. 6. cap. 18. vers. 1. cap. 21. vers. 14. in-
ter Samsonem, & Heli, evenerit, vel in-
ter Josue, & Othonielem inciderit? A pag.
321. ad 348.

Quæst. 16. Vtrum Heli immediate Samsonem
successerit in Judiciaria dignitate à pag. 348.
ad 452.

Quæst. 17. De tempore Judiciariae Samuelis
dignitate ad intelligentiam cap. 13. vers. 20.
& 21. lib. 1. Reg. cap. 7. vers. 6. & cap.
13. vers. 20. & 21. Actuum Apostol. & lib.
1. Reg. cap. 7. vers. 15. à pag. 353. ad
377.

Quæst. 18. Anni quadraginta de quibus Actœon.
cap. 13. vers. 20. & 21. ut veniant Samue-
lem inter, & Saulem dividendi? A pag. 257.
ad 360.

Quæst. 19. Vtrum Samuel constitutus fue-
rit judex post viginti annos, quibus Area
Dominus in Cariathirim stetit? Et an ali-
qua Anarchia inter Heli, & Samuelem in-
ter-

INDEX.

perfuerit ? Ad intelligentiam lib. I. Reg. cap.
7. v. 6. à pag. 360. ad 366.

Quæst. 20. Vtrum Samuel judicis Prefectu-
ra potitus fuerit, etiam creato Saule in Re-
gem ? Ad intelligentiam lib. I. Reg. cap. 7.
vers. 55. C cap. 13. vers. 11. à
pag. 366. ad 374.

FINIS.



